UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Polyantheæ Novæ Liber V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER V.

E.

## Ebrietas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

EBRIETAS, Græce μέθη, ης, ἡ, & μεθύων vel μέθυσος, ου, ὁ, ebrius & μεθύω inebrio dicitur. Eſt autem ebrietas appetitus bibendi vltra menſuram, ex quo prouenit rationis priuatio. Temetum vinum, & Temulentia.

Ebrietas eſt, per quam menti quædam ſui obliuio generatur, & ſuperfluorum potuũ indulgentia. *ſec. Iſid. lib. Etymolog.*

Ebrietas eſt priuatio vſus intellectus, facta ad aliquod tempus, ex immoderato potu vini, vel cuiuscunque alterius rei potabilis.

Ebrius & ebrioſus ſic differunt: quod ebrius eſt, qui nimio potu eſt alienatus mente, ebrioſus, qui ſæpe fit ebrius. Ita ebrietas & ebrioſus differunt, quod ebrietas fit ex cauſa, ebrioſitas fit ex moribus. Ab ebrius fit inebrio, & eius paſſiuum inebrior, & ebrioſe aduerbiũ, id eſt, ad ebrii ſimilitudinem. Et ebriolo verbum dicebant antiqui. *Laertius: Ebriolati mentem hilariam arripiunt.*

Ebrius dicitur, qui nimio potu alienatus eſt mente: Contrarium eſt ſobrius, quaſi ſine ebrietate, qui in cibo & potu temperans eſt, & qui non eſt actu ebrius. Ebrioſus ſæpe & ſemper fere: ebrius dicitur, qui potu obrutus eſt. Sic ebrietas fit ex cauſa, ebrioſitas ex more & aſſuetudine.

Hebr. *Schabar* tum immoderatum vini alteriusve potus inebriantis ingurgitationem, tum liberaliorem potationem nonnunquã ſignificat. inde *Schicaron*, ebrietas: Ezech. 23. 44. Cognationem habet verbum hebræum *Schacar* cum *Schackar*, ſcurriliter egit, nam ebrii ſcurriliter ſe gerunt, vrbiumque ac pagorum fiunt ludibria, Hinc σικίζω, ſicero σκαίζω, ſalto vt ebrius.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Mulier ebrioſa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. *Eccl 26.*

Sicut ignis probat ferrum durum, ſic vinum corda arguet in ebrietate potatum. 31.

Diligenter in vino noli prouocare, multos enim exterminauit vinum. *ibid.*

Amaritudo animæ vinum multum potatum, aqua vitæ vinum hominibus: ſi bibas illud moderate, ſobrius eris: in iucunditate creatum eſt, non in ebrietate ab initio. *ibid.*

Exultatio animæ & cordis, vinum moderate, potatum: & ſobrius potus ſanitas eſt animæ & corporis. *ibid.*

Quam ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum: in dormiẽdo non laborabis ab illo, nec ſenties dolorem. *ibid.*

Non in commeſſationibus & in ebrietatibus. *Rom.* 13.

Qui ebrii ſunt, nocte ebrii ſunt. 1. *Theſſ.* 5.

*Ebrietas iram Dei prouocat.*

Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vsque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis veſtris: & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. *Eſa.* 5.

Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. *ibid.*

Expergiſcimini ebrii, & flete: & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore veſtro. *Ioel.* 1.

Neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6.

*Mentem alienat.*

Ne intuearis vinum quando flaueſcit: cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, & in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extranea, & cor tuum loquetur peruerſa, & eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices: verbe[...] ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. Quando [...] rurſus vina repetam. *Prou.* 23 31.

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & [...] ſatos. *Eccl.* 19. 2.

Ne comprimaris in conuiuio vino. 31.

Væ coronæ ſuperbiæ ebriis Ephraim, & flori decide[...] exultationis eius; qui erant in vertice vallis pinguiſſim[...] vino. *Eſa.* 28. 17.

Verum hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrie[...] runt. Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, [...] vino, errauerunt in ebrietate: neſciuerunt videntem, [...] runt iudicium. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomi[...] quesita vt non eſſet locus vltra, *ibid.*

Venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate, [...] die, ſic cras, & multo amplius. 56.

Ad te quoque perueniet calix: inebriaberis atque [...] *Thren.* 4.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *Oſe.* 4.

*Libidinem inflammat.*

Luxurioſa res vinum. *Prou.* 10.

Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *Epheſ.* 5. 18.

*Corpus eneruat.*

Qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. *Prou.* 11.

Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, neque [...] gladii, quem ego mittam inter vos. *Ier.* 25.

*Subſtantiam diſsipat.*

Noli eſſe in cõuiuiis potatorum, nec in comeſſation[...] qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes po[...] tes ſymbola conſumentur. *Prou.* 25. 26.

Operarius ebrioſus non locupletabitur. *Eccl.* 19.

*Pacem ſeparat.*

Tumultuoſa ebrietas. *Prou.* 20.

Cui væ, cuius patri væ, cui rixæ, cui foueæ, cui ſine [...] cui ſuffoſſio oculorum? Nonne his, qui commoran[...] ſtudent calicibus epotandis? 23. 31.

Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio, minora[...] & faciens vulnera. *Eccl.* 31. 40.

Vinum multum potatum irritationem, & iram & [...] facit. *ibid.*

Cœperunt principes furere à vino. *Oſe.* 7. 5.

*Secretum manifeſtat.*

Nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. *Prou.* 31. 4.

Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, [...] aſpiciat nuditatem eius, repletus eſt ignominia pro g[...] quoq; & conſopire: circumdabit te calix dextræ Domi[...] tus ignominiæ ſuper gloriam tuam. *Abac.* 2. 15.

Ebrietas ſpiritualis, *Ier.* 13. 13. *Ezech.* 23. 33. & 30. 39. *Eſa.* [...] oſi fugiendi, *Prou.* 23 20. 1 *Cor.* 5. 11.

Ebrius, ebria, ærumnis & afflictionibus oppreſſi. *Eſa.* [...] 9. Ebria ſanguine ſanctorum meretrix myſtici, *Apoc.* [...]

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Noachi indecora ebrietas ſcripta eſt, vt ebrietatem [...] me vitemus, manifeſtam ſcriptisque mandatam [...] habentes, propter quam qui ebrietatis turpitudinem [...] pe Iaphet & Sem) benedicuntur à Domino. *Clemens* [...]

Lymphatus & cacodæmone captus, miſericordia [...] eſt: ebrius vero eadem fere & ipſe patiens, minime [...] gnus, qui ſpontaneo ſeruit dæmoni. *Baſ. Magn. ſer.* [...]

Quid infelicius ebrietatis dominatu? ventri vltra [...] fundere, ſenſui rationem adimere, non loqui, non [...] ſtare, & mortem quandam naturæ incolumi imper[...] *Pſalm.* 125.

Ebrietas eſt fomes libidinis, quo per carnes vapo[...] viſcera, animus igneſcit. *Aug. in epiſt.*

Ebrietas eſt flagitiorum omnium mater, culpa[...] ria, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capi[...] ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufra[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] temporis, inſania voluntaria, ignominioſus languor, [illegible] morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corru[illegible] *Ad ſacras virg.*

Ebrietas in vtroque ſexu cuncta mala appetit, & nefanda com[illegible] & vt ait Apoſtolus, regna cœleſtia appetentibus denegat. *ibi-* [illegible]

[illegible] quis immoderatus conuiuioque medius, amiſſis modeſtiæ [illegible] fuerit ebrietate proſtratus, aduerſus reſpicit: ſtantes, [illegible] integros videre nequit, aut ſermone longo ſuperflua verba [illegible] & vana dicta componit, male clamans, & bene ſibi ſonans. [illegible]

Ebrius vultu deiecto ſupinus accumbit, & ſui omnino neſcius [illegible] ſe conuiuio præbet, & dum nihil conſequitur ſanum, [illegible] cogente, præter vinum cordis ſui arcana patefacit, & ami[illegible] ſibi commiſſa decreta, in medium prodit. *ibid.*

[illegible] inter pocula iniuſta certamina, & nullis exiſtentibus [illegible] ſperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, alio[illegible] dicta non patitur audire, ſed in contumelia exigitur con[illegible] & proximorum crimina. Vinum potatum moderate eſt [illegible] mentum: plus iſto ſumptum venenum eſſe cognoſcitur. Iu[illegible] non ebrietati creata eſt vini materia. *ibid.*

Per violentiam plurimi plurimæque à ſancto pioque propo[illegible] & ſui obliti, amiſſis honoribus, ignobiles remanſe[runt], & ſedibus paternis profugi vitam, vt ſumpſerunt, finierunt. [illegible]

[illegible] iugum dominationis diu recuſantes, violentia in [illegible] arbitrium. Alexander, omnium victor vino victus [illegible] nimio vino impellente, iniuſta impiaque homici[dia] [illegible], quam plurimæ vrbes diu obſeſſæ, nec raptæ, cu[illegible] ſomno vinoque ſepultis, & hoſti patefactæ ſunt, & incendiis [illegible] *ibid.*

[illegible] non ratio vlla; non vllum vitæ gerendæ conſilium, nec [illegible], nec geſtorum aut lectionum memoria, aut induſtriæ [illegible] eſt. *ibid.*

Sobrietas in fœminis ad terram deponit aſpectum, ebrietas au[tem] [illegible] pudore inuerecundos erigit vultus. *ibid.*

Sobrietas cum ſumma trepidatione & ſilentio irreprehenſibile [illegible] verbum: ebrietas vero immoderatum facit fœminæ & ſer[monem] & vultum. *ibid.*

Valde turpe eſt, vt quam non vincit homo, vincat libido, & ob[illegible] vino, qui non vincitur ferro *Epiſt.* 182.

Ebrietas eſt blandus dæmon, dulce venenum, ſuaue peccatum, [illegible] habet, ſe ipſum non habet, quam qui facit, peccatum non [illegible] eſt peccatum. *in quod ſerm.*

Quicunque ad bibendum pronus fuerit vel conuiuio alios [illegible] it, pro ſe, quod pro ipſis in die iudicii reus erit. *ibi-* [illegible]

[illegible], quum abſorbet vinum, abſorbetur à vino, abominatur [illegible] ab Angelis, deridetur ab hominibus, deſtituitur à [illegible], confunditur à dæmonibus, conculcatur ab hominibus. [illegible] *de penit.*

[illegible] confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, in[illegible] damnationem æternam. *ibid.*

[illegible] ad vnius horæ ebrietatem nudauit femora ſua, quæ per ſex[illegible] annos contexerat. *Hier. epiſt. ad Ocean.*

In vino luxuria eſt, vbicunque ſaturitas & ebrietas, ibi libido do[minatur]. *In epiſt. ad Titum.*

Ebrietas eſt, per quam menti quædam ſuboblinio generatur ex [illegible] orum potuum indulgentia. *Iſid. l. 3. etym.*

Nihil eſt ita dæmoni amicum, ſicut ebrietas & laſciuia, quæ [illegible] omnium vitiorum. Ante omnia autem vitetur à cleri[illegible] omnium peccatorum radix ac nutrix eſt. *Chryſoſt. ſuper* [illegible]

[illegible], antequam vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa li[illegible] nemo ſciebat & conſorte ſua naturæ officia ſeruitutis exige[illegible] Non eſſet hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Non illis ſolis [illegible], quos tentant: ſed & illis amplius, quorum oculis temu[illegible] orum membra nudantur, fuit ebrietas origo inceſti, & [illegible] *de Helia, &c.*

[Ebrie]tas iudicium rationis offuſcat: contentiones & bella pro[illegible] robur & naturalem virtutem eneruet: infirmitatem gene[illegible] naturalem adducit: rebus temporalibus ſpoliat, &, [illegible] eſt, diuinam maledictionem inducit. *Hug. de ſancto* [illegible]

Ebrietas in laico crimen eſt: in ſacerdote ſacrilegium: quia alter [illegible] ſuam necat vino, alter ſpiritum ſanctitatis extinguit. *Pet.* [illegible] *quod ſer.*

Ebrietas mater litium, furoris generatrix, petulantiæ magiſtra, [illegible] habet, homo non eſt, hanc qui habet, non peccatum facit, [illegible] ipſe peccatum: hæc enim eſt rabies voluntaria, inuitatus ho[illegible] illecebra honeſtatis, & pudoris iniuria. *ibid.*

Vbi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, conſilia [illegible], iudicia ſubuertuntur. *ibid.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Menander.

Καλὸν τὸ νήφειν ἢ τὰ πολλὰ κραιπαλᾶν.

*Pulchrius eſt ſobrium eſſe quam multa laborare crapula.*

Ὁ πολὺς ἄκρατος μικρ' ἀναγκάζει φρονεῖν.

*Multum merum pauca cogit ſapere.*

Plautus in Pſeudolo.

*Magnum hoc vitium eſt vino,*
*Pedes captat primum, luctator doloſus eſt.*

Terent. in Eunucho.

*Sine Cerere & Libero friget Venus.*

Virg. de Vin. & Venere.

*Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,*
*Vno namq; modo vina Venusq; nocent.*
*Vt Venus eneruat vires ſic copia vini,*
*Et tentat greſſus, debilitatq; pedes.*
*Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri,*
*Arcanum demens detegit ebrietas.*
*Bellum ſæpe petit ferus exitiale Cupido,*
*Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.*
*Denique cum mentes hominum furiarit vterq;,*
*Et pudor & probitas, & metus omnis abeſt.*
*Compedibus Venerem, vinclis aſtringe Lyæum,*
*Ne te muneribus lædat vterq; ſuis.*
*Vina ſitim ſedant, natis Venus alma creandis*
*Sed fines horum tranſiliiſſe nocet.*

Ouid. Metamor. lib. 7. fab. 8.

*Nec non & carmina, vino*
*Ingenium faciente, canunt.*

Ouid. lib. Metamor. 12. fab. 3.

*Ebrietas geminat libidine ſurgit.*

Ibidem.

*Vina dabant animos.*

Ibidem.

*Vinoq; leuant curasq; ſitimq;.*

Ouid. Amor. lib. 1 eleg. 6.

*Nox & amor, vinumq; nihil moderabile ſuadent:*
*Iſta pudore vacat, Liber amorq; metu.*

Idem lib. 1. de Arte amandi.

*Vina parant animosq; faciuntq; caloribus aptos.*
*Cura fugit multo diluiturq; mero.*
*Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,*
*Tunc dolor, & curæ, rugaq; frontis abit.*
*Tunc aperit mentes æuo rariſſima noſtro*
*Simplicitas, artes excutiente Deo.*

Proper. lib. 2. eleg. vlt.

*Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,*
*Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.*

Tibull. lib. 1. eleg. 2.

*Adde merum, vinoq; nouos compeſce dolores,*
*Occupat vt feſſi lumina victa ſopor.*

Horat. carm. lib. 1. Od. 18.

*Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neq;*
*Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.*
*Quis non te potius Bacche pater teq; decens Venus?*
*At ne quis modici tranſiliat munera Liberi*
*Centena monet cum Lapythis rixa ſuper mero debellata.*

Horat. lib. 1. epiſt.

*Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,*
*Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.*
*Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.*
*Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?*
*Contracta quem non in paupertate ſolutum?*

Horat. lib. 2. ſerm. ſatyra.

*Vides vt pallidus omnis*
*Cœna deſurgat dubia? quum corpus onuſtum*
*Heſternis vitiis animum quoq; prægrauat vna,*
*Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Comeſſationibus & ebrietatibus ſpecies dotata permutatim cum prædicta, tanquam cauſa ad cauſatum genus gaudet ſuſtineri. Coitum enim facit ebrietas relatiue, nec non & cætera vitiorum genera. Vinum autem modice ſumptum acuit ingenium, & intellectui videtur afferre acumen. Non modice autem ſumptum, rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ignauiam producit. Vbi eſt ebrietas, ibi dominatur fortuna, vbi fortuna, ibi nulla ſapientia, ſed inſipientia peruagatur. *Bœotius lib. de Schol. diſciplina.*

Sapientis viri ſuper menſam celebre dictum eſt: Prima, inquit, cratera ad ſitim pertinet: Secunda ad hilaritatem: Tertia ad voluptatem: Quarta ad inſaniam. *L. Apuleius Florid. 3.*

Comes ebrietatis obliuio eſt, opinio, his ortus eſt memoriæ defectus *Macrob. l. 1. ſup. ſomnium Scipionis.*

Nam ſicut in præcipiti ſtantem vel leuis tactus impelli : ita vino vel infuſum vel aſperſum, paruus quoque dolor incitat in furorem. Quis enim ambigit eum, qui diuerſo vino vtitur, in repentinam ruere ebrietatem, nec dum hoc potus copia poſtulante? Qui autem fiunt crebro ebrii, cito ſeneſcunt. Alii ante tempus competentis ætatis vel caluitio, vel canitie inſigniuntur, quæ non niſi inopia caloris eueniunt. *Macrob. Satur. l. 7.*

Principio lege ſanciemus, vt pueri vſque ad duodeuigeſimum annum vini vſum prorſus ignorent. Nempe eos monebimus, non oportere ignem igni in corpus atq; animam ſuggerere, antequam viri effecti ſubire labores incipiant. Furioſum namque habitum iuuentutis cauere oportet. Deinde vino moderate vtatur vſq; ad ætatis annum trigeſimum. Ab ebrietate vero & vini repletione iuuenes omnino abſtineant. *Plat. 2. de leg.*

Qnemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in ſummam partem vis caloris eiectat; ſic vino exæſtuante quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita nec ſecretum quod ſuum eſt, & alienum pariter effundunt, *Sen. 21. epiſt.*

Audi quemadmodum Zeno vir maximus colligat virum bonum non futurum ebrium. Ebrio nemo ſecretum ſermonem committat. Vir ergo bonus ebrius non erit, quemadmodum oppoſita interrogatione ſimili derideatur, attende. dormienti nemo ſermonem committit, viro autem bono committit: vir ergo bonus non dormit. *ibidem.*

Interim ſi hoc colligere vis virum bonum non debere ebrium fieri, cur ſimile agis? Dic quam turpe ſit, plus cibi ingerere, quam capiat ſtomachus, & ſtomachi ſui non eſſe menſuram. Quam multa ebrii faciunt quibus ſobrii erubeſcunt? nihil aliud eſſe ebrietatem quam voluntariam inſaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum, nunquid de furioſo dubitabis? nunc quoque non eſt minor, ſed breuior. *ibid.*

Refertur Alexandri Macedonis exemplum: qui Clitum chariſſimum ſibi ac fideliſſimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori voluit. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas: hæc acerrimas gentes bellicoſaſque hoſtibus tradidit, hæc multorum annorum pertinacia bello defenſa mœnia patefecit. hæc contumaciſſimos & iugum recuſantes in alienum redegit arbitrium, inuictos enim acie, mero domuit. *ibid.*

Alexandrum, cuius modo feci mentionem, qui tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quæ victa temporum locorumque difficultate tranſierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiſerunt, intemperantia bibendi, & ille Herculaneus ac facilis ſcyphus ſubmerſit. Dic ergo, quare ſapiens non debeat ebrius fieri? deformitatem rei & importunitatem oſtende rebus, non verbis, quod facillimum eſt. *ibid.*

Nonnulli maiorem partem noctis in conuiuiis exigunt, vino vero madentes, & merſi vſque ad horam ſextam dormiunt, hoc matutinum eorum. *Epiſt. 85.*

Certe detegit omne vitium ebrietas & incendit, vbi poſſedit animum nimia vis vini, quicquid male latebat, detegit, vel emergit; non facit ebrietas vitia, ſed protrahit, tunc impudicus morbum profitetur ac publicat, tunc petulans non linguam, non manum continet, creſcit inſolenti ſuperbia, crudelitas ſæuo, malignitas liuido, omne vitium graſſatur & prodit. *ibid.*

Adiice illam ignorantiam ſui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipſa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum, ſtomachi torrentia, quum efferueſcit, metum, ac viſcera ipſa offendit: tunc tamen vtcunque tolerabile eſt, dum illis vis ſua eſt, quod cum ſomno vitiatur, quæ ebrietas fuit, crudelitas facta eſt. *ibid.*

Quæ gloria eſt capere multum? quum enim penes te palma fuerit, & ſuperſtes toti conuiuio fueris, quum omnes viceris virtute magnifica, & nemo vini tam capax fuerit, vinceris dolio *ibid.*

Ebrietates continuæ animos in furorem adducunt, nam quum ſæpe apud ſe non ſunt conſuetudine inſaniæ durata vitia: vino tamen concepta etiam ſine vino valent: vinolentiam enim violentia ſequitur. *ibid.*

Abſentem lædit, qui cum ebrio litigat. *In Prolog.*

Quid turpius ebrioſo, cui fœtor in ore, tremor in corpore? Qui promit ſtulta: prodit occulta: cui mens alienatur, facies transformatur. Nullum enim ſecretum vbi regnat ebrietas, *Inno. de vilitate conditionis huma.*

## § Apophthegmata.

*Pittacus* legem tulit: vt qui per temulentiam ſceleris aliquid commiſiſſent, duplo plecterentur. Solet enim vulgus hominum ebrietatis obtentu crimen extenuare: Ideo factum ferunt, vt inſula vino abundaret. *Laert. l. 1. c. 5.*

*Solon*, legem tulit, inter alias, cuius verba eiuſmodi erant: Princeps, ſi deprehendatur ebrius, morte multetur. *Pr. ...* *regno, tit. 26. ex Laert.*

*Pythagoras*, ebrietatem dicere ſolebat inſaniæ ... ſe. *Stob. ſer. 18. Max ſer. 30.*

*Idem* conſultus, quinam vinoſus ebrietatem de... dit, Si quæ per ebrietatem facit, frequenter animo ... *ſerm. 18.*

*Heraclitus* ruditatem celare non ita facile eſſe d... in vino. *Stob.*

*Democritus*, pro ſanitate vota (inquiebat) diis ho... inſcii penes ſe ipſam eſſe: contraria autem per luxu... ſuis libidinibui ipſam amittunt. *Stob.*

*Idem* dicere ſolebat, in vite tres naſci botros, quo... ſet voluptatis, ſecundus ebrietatis, tertius iniuriæ. *An...* *parte. 1. ſer. 39. & 41. Max. ſer. 30. Epicteto attribuit.*

*Anacharſis*, Scytha idem de tribus botris dixiſſe ... tertio attribuit moleſtiam. Sentiens, parcum vini ... dum, quia ſedat ſitim: largiorem, gignere temulen... mum, parare rixas, cædes ac morbos. *Laert. l. 1. c. 9.* ... *in Meliſſ. part. 1. ſer. 41. Max. ſer. 30.*

*Idem* admirabatur illud, quod Græci initio conuiu... ſillis vterentur, ſaturi maioribus: Sentiens, potum ... hibendum, niſi ad ſedandam ſitim. Abſurdum igitur ... bibere, quum iam ſitis eſſet ſedata. *Laert. l. 1.*

*Idem* dicere ſolebat, quicunq; ſobrius fieri vult, ... mores intueatur. *Plut. Stob.*

*Plato*. negabat oportere inebriari preterquam in ... ipſe Deus vinum porrigit. Feſtos dies decet hilaritas, ... per fœda eſt. *Laert. l. 3.*

*Idem* diſcipulos ſuos admonebat, vt ſe ebrios ... templarentur. Sic enim fore, vt dum faciem ſuam ... phrenetico ſimilem intuerentur, in poſterum ab ebri... horrerent. *Ful. l. 7. c. 2.*

*Idem* dicebat animi mores in vino apparere, ac ... brioſum, & quemuis cuicunque rei præfectum ... ſiue nauigium, ſiue currum, ſiue exercitum, ſiue qu... fidei ſuæ commiſſam. *Stob. ſerm. 18.*

*Idem*, Manifeſtum eſſe dicebat, non modo ſenem ... ri, ſed inebriatum quoque. *Eod. ſerm.*

*Diogenes*, videns hominis vino deditiſſimi ædes ... ianuæ inſcriptione: Minime dubitabam, inquit, ... excuſſa facile domum euomeres: *Bruſ. l. 1. c. 19.*

*Idem* vinum plurimum in conuiuio quodam ... fudit, quod quum quidam indigne ferrent: Si, inquit, ... ebiberem, non tam liquorem quam meipſum ... *Stob.*

*Idem* Adoleſcentem ſtupidum mero, & prorſus ... tuitus: Adoleſcentule, ait, temulento ſatus es patre. ...

*Zenonem Citticum*, ſumma verecundia colebat, ... bebat rex Antigonus. Accidit igitur, vt aliquando ... dum impletus, obuiam Zenoni fieret: quem oſcul... amplexus, vt temulentus, petiitque vt ſibi quid iube... ſito temere ſacramento, confirmauit ſe præſtiturum ... ſtulaſſet: Tum ille dixit ei: Abi, & euome. Graui ... henſione ſimul temulentiam eius taxans, ſimul vero ... mia comeſſatio potatioque & nocumentum adferet. ... *Var. hiſt.*

*Sophocles*, vitio vertebat Æſchylo, quod ebrius ſcri... bene ſcribit: inquiebat, neſciens tamen id facit. ...

*Cleoſtratus*, cuidam ei dicenti, Non te pudet ebri... dit, Te vero non pudet, ebrium monere? *Anton. & ...* *ebrietate.*

*Leotychidas*, percontanti cuidam, cur parce bibe... Ne, inquit, pro nobis alii conſultent. Senſit autem ... cum nequaquam ſalubriter de rebus conſultare poſ... iudicium à vino ablatum ſit. *Bruſon. libr. 1. cap. 9.* ... *Lacon.*

*Ariſtippus*, iactanti cuidam, quod multum bibere ... ebriaretur: Quid, inquit, magni narras, quum idem ... mulus? *Laert. l. 2. c. 8.*

*Anonymus*, quidam Lacon, quum audiſſet qu... cogi ad bibendum: Num, inquit, coguntur etiam ad ... tauit Græcorum morem, in conuiuiis compellen... cyathorum modum, quum id reuera nihilo ab... hominem qui non eſurit, ad certum eſcarum mod... re, niſi quod alterius abſurditatem eleuat conſuetudo ... *in Lacon.*

*Ageſilaus*; cum in compotatione quadam ſorti... ductis factus eſſet princeps conuiuii (huius autem ... præſcribere quantum quiſque biberet) rogatus ... tum cuique vini deberet apponere? Si multum, ... ratum eſt, dato cuique quantum poſcit, ſin parum, ... æquo diuidito. Hac dexteritate mire proſpexit ... vini copia deeſſet, quibus placeret largior po... bibendum cogerentur, quibus placeret ſobrietas ... maligniores vini copia, per æqualitatem ...

*Lacedæmonis.* Etenim cum ſingulis æqua vini portio diſtribueretur, nihil deerat his qui bibebant moderatius:& qui largius fuerant bibituri, quum haberent quod naturæ ſatis eſſet, queri non poterant deeſſe libidini, eo quod nemo omnium plus aut minus haberet alteris. Itaque æquis animis ſe illiquoque ad moderationem componebant, quibus alioqui placebat luxus. *Plutarchus in Laconicis apophth.*

*Crates* conſpicatus adoleſcentem athleticum ebrietate & gula corpulentiorem fieri: O miſer, exclamauit, deſine aduerſus temetipſum carcerem munire. *Ant.& Max.ſerm.de incont circ.menſ.*

*Demoſthenes.* Philocrates & Aeſchynes, Athenienſinm legati ad Philippum Macedoniæ regem, cum domum redirent, regemq; eo nomine laudarent, quod ſtrenuè bibiſſet; reſpondit Demoſthenes, ſe hanc virtutem cum ſpongia communem. Senſit vir prudentiſſimus, regum virtutes non in euacuandis poculis ſitas eſſe. *Plut.in Demosth.*

*Cyrus.* Aſtyages cum rogaſſet Cyrum regem, quamobrem vinum non abſorbuiſſet? Quod metueram (inquit) medius fidius, ne in eo mixta venena forent. Etenim cum tu in natalitiis amicos excipiebas, perſpicuè didici te eis venena infudiſſe. Et quo pacto, inquit, fili, hoc dignouiſti? Quod videbam vos, reſpondit neq; corpore eſſe neque mentis compotes. *Bruſon.libr.1.c.19. Xenophon.in pædia Cyri.*

*Idem.* Sparamizas Metrodoti cum per ebrietatem Cyri mortem perpeſſus: Rectè, inquit, ſe habet illud, quod crebrò vſurpatur à Græcis, Veritatem in vino eſſe. *Bruſ.l.1.c.19.*

*Androcides* ad Alexandrum regem vino plus ſatis deditum, dixiſſe fertur, Vinum potaturus, rex memento te bibere terræ ſanguinem, cicutam homini venenum, cicutæ vinum. *Bruſ.l.1. c.19. ex Plin.*

*Stratonicus* citharœdus natione Athenienſis, non minus feſtiuis dictis quam arte muſica celebris, ad quietem iturus, aſſiduè iubebat puerum ſibi infundere vinum: Non quod ſitiam, inquit, ſed ne ſitiam. *Athen.*

*Anacharſis* dicebat, Mundum igne & aqua corrumpi, luxuriöſorum autem opus & amore & ebrietate. *Anton. & Max.ſerm. de ebriet.*

*T.Quintius.* Democrates, cum temulentus, finito conuiuio, muliebri habitu ſaltaſſet, poſtero die venit ad T.Quintium, petens ſubſidium contra Meſſenios, quos ad defectionem ab Achæorum imperio pellicere conabatur. Cui Titus ait: Miror te hominem vinolentum, meroque eneruatum, huiuſmodi res moliri, quæ virorum non muliercum ſunt. *Bruſ.lib.2.c.29.ex Plutarch.*

*Cicero,* cum in foro ambularet, & ei ad bibendum aqua oblata eſſet, vidit fortè L.Cottam cenſorem, hominem vino deditiſſimum procul aſtantem, cumq; aquam Cicero accepiſſet iam hauſturus, conuerſus amicis, Circumtegite me, inquit, ne cenſor me aquam bibere videat, & pro ſuo iure rationeq; officii ſenatu amoueat. Notabat autem Cottæ cenſoris vinolentiam, quam in aliis non reprehendere, verum etiam grauiter punire debebat. *Bruſ. libro 1. capite 19.*

*Auguſtus Cæſar,* videns equitem in ſpectaculis bibentem, miſit qui his verbis diceret, Ego ſi prandere volo, domum eo. Reſpondit eques: Tu enim non times, ne perdas locum. Auguſtus ſenſit, indecorum eſſe, illic in publico bibere. Eques per iocum ſic interpretatus eſt; Cæſarem ſine damno poſſe diſcedere à theatro, quod locus ipſi ſeruetur, equiti non item. *lib.6.apoph.*

*Tiberius Imp.* quoniam tyro in caſtris auidius bibebat vinum, per iocum, pro Tiberio Claudio Nerone, dictus eſt, Biberius Caldius Mero. *l.6.apoph.*

*Firmus Imp.* vini patientiſſimus fuiſſe legitur, citra tamen ebrietatem. Quodam autem à barbaro vexillario ad bibendum prouocatus, duas vini ſitulas hauſit, & poſtea toto conuiuio ſobrius fuit. Cum verò barbarus diceret. Cur non & fæcem ebibiſti? Stulte, inquit, terra non bibitur. *ex Vopiſco.*

*Aurelianus.* Bonoſus, qui imperator poſtea factus eſt, cum tantum biberet, quantum hominum nemo: Aurelianus vrbaniſſime dixit, non vt viuat, ſed vt bibat, natus eſt. *Bruſ.l.1.c.19.*

*Vib.Criſpus,* ſummus Vitellii Imperatoris amicus, cum ob nocturnas commeſſationes atq; compotationes luxurioſiſſimas in grauiſſimum incidiſſet morbum, & ita quidem vexaretur, vt Vitellianis conuiuiis intereſſe amplius nequiret, poſtquam paululum conualuiſſet, ad amicos dixiſſe fertur: ſe omnino fuiſſe periturum, niſi tam grauiter laboraſſet. *Xiphil.in vita Vitellij.*

*Anonymus.* Bonoſus imperator, vir extremæ gulæ & ebrietatis, cum ſe ſuſpendio ſuffocaſſet, interrogatus quidam, qui eius mores & vinolentiam nouerat, quiſnam eſſet ſuſpenſus? reſpondit, non hominem eſſe, ſed amphoram. *Vopiſc.*

*Anonymus.* Cum celebrarentur à Ferdinando rege, Hippolytæ Mariæ atq; Alphonſi filii nuptiæ, apparatu ſplendidiſſimo (erat enim dies decurſionis haſtatæ, flagrabantque ſub ſole cuncta, conuenerant autem mortales omnis generis ad ſpectandum) cumq; plurimi ludorum eſſent laudatores, vel pleriq; admiratores potius, in media laudantium frequentia & plauſu exclamauit Germanus quidam: O valeant ludi, quibus nemo bibit. *Pontan.*

*Baſilius magnus,* Quid eſſet ebrietas, rogatus? reſpondit, Ebrietas dæmon eſt, ſponte admiſſus in animos per voluptatem. Mater eſt malitiæ, impugnatio virtutis, ex forti timidum facit, è gnaro ignarum, prudentiam abolet. Et ſicut aqua pugnat igni, ſic immoderatio vini mentem ſobriam extinguit. Item, vt fumus fugat apes, ita ebrietas pellit ſpiritualia dona. *Anton. & Maxim. ſermone de ebrietate.*

*Chryſoſtomus* dicebat, ebrietatem eſſe rectæ mentis alienationem, & delirium, & ſecundum animam ſanitatis perditio. *ibid.*

*Anacharſis* ab adoleſcente in conuiuio pulſatus: Adoleſcens, ſi nunc vinum non fers: vbi ſenueris, aquam feres. Nam qui bibunt intemperantius vinum, ea præſertim ætate cui magis conuenit aqua, ij frequenter ſenes ob inopiam coguntur aquam bibere. *Laer. lib.1.c.9.*

*Idem,* Quidam in conuiuio videns vxorem Anacharſidis, vxorem, inquit, duxiſti ſatis deformem. Cui Anacharſis: Prorſus ita mihi videtur: ſed heus puer, infunde mihi largius, vt reddam eam formoſam. Indicare volut vir ſapientiſſimus, vinum immoderatius potatum adimere homini rectum iudicium. *Athen.lib.9.*

*Idem* interrogatus, num in Scythia eſſent tibicinæ? Reſpondit: Ne vites quidem. Significans, ſaltationes, reliquaſque eius generis voluptates è vinolentia naſci. *Laert. lib. 1.c.9.*

*Eratoſthenes* dicebat vinum igni æquale habere robur, quod cum virum inuaſerit eum veluti Boreas vel Notus mare Libycum turbat & confundit: occulta, & quæ profunda mente gerit, aperit & oſtendit, virorumque totam mentem excutit. *Phauor.*

*Æſchines* dicere ſolebat, Speculum formæ eſſe æs, vinum autem animi. Voluit autem indicare vir ſapientiſſimus, nil tam ſecretum eſſe animo noſtro inſculptum, quod homo ebrius non effutire audeat. *Max.ſerm.30.& Stob.*

*Æſchylus* ebrietatem tanquam peſtem fugiendam ſuadebat, qui enim potus menſuram tranſgreditur, non amplius mentis & linguæ compos eſt: ſed ſine pudore turpia & indecentia loquitur, ex viro factus puer. *Phauorinus.* Verum hoc alii etiam ad Theognidem referunt.

*Anonyma.* Quum Philippus Macedonum rex cognitionem exerceret parũ ſobrius, ac perperam aduerſus mulierem quandam tuliſſet ſententiam: illa ſentiens errorem eſſe vini, non regis, exclamauit: Prouocarem, inquit, ad Philippum, ſed ſobrium, excuſſit regi muliebre conuitium temulentiam, adegitque, vt expergefactus cauſam eandem animo præſentiore cognoſceret. *Eraſ.lib.8. apoph. Val.Max.lib.1 c.2.*

*Anonymus.* Milites aliquot Tarentini inter cœnandum multa liberius dixerant in Pyrrhum regem. Res ad eum delata eſt. Acciti ſunt iuuenes, ac periclitabantur omnes, quum factum nec negari poſſet, nec defendi: Tum vnus illorum deterioris ingenii: Imò, inquit, rex, & iſta diximus, & longè acerbiora dicturi fueramus, niſi nos lagena defeciſſet: linguæ petulantiam in temulentiam reijciens. Itaque mox ira principis in riſum verſa dimiſſi ſunt. *Eraſm.6. apoph.ex Plut.*

*Claudius Cæſar* nunquam adeo animi ſui ſecreta protulit, atque olim dum multo vino madidus eſſet: vbi dixit, ſibi fatale eſſe, vt coniugum flagitia ferret, deinde puniret. Quæ vox terrorem non mediocrem iniecit Agrippinæ. *ex Suet.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Syrac.* Fornax probat ferruminationem in tinctura: ſic vinum in corde ſuperborum in ebrietate. *cap.31.Eccl.*

*Chryſoſtomi.* Sicut nauis quæ aquis impletur, ſi exhauriri nequit, in profundum ſubmergitur: ita homo cum crapulæ & ebrietati ſe exponit, in præceps vadit, rationemq; omnem amittens ſubmergitur in profundum inferni. *Hom.9. in Gen.*

*Quid copia* deliciarum & fœditas non mali adducit? Sues ex hominibus facit, imò verò multo peiores. Sus enim in luto voluitur, & ſtercore nutritur: Hic verò nullo à dæmoniaco diſcrimine ſeparatur: imprudens enim & furioſus pariter eſt, & dæmoniacum quidem omnes miſeramur: hunc verò auerſamur & odimus, qui ſponte ſibi furorem attrahit, & os, oculos, aures, & cætera, ſimpliciter ſenſuum inſtrumenta, amariſſimas voluptates conficit & cloacas. Quod ſi etiam interiora inſpicias, videbis animam ebrii ceu hyeme ac intentiſſimo frigore congelatam, adeoq; atq; torpentem, vt nulla vtilitas corpori ab ea poſſit afferri. Nihil turpius ebrioſa fœmina, quæ quanto vaſculum eſt infirmius, tanto magis naufragium fit. Beſtiis peiores ſunt ebrioſi: illæ enim nihil vltra quam opus eſt, deſiderant. Quanto melior aſinus ebrioſo, quanto canis præſtantior? Omnes certè animantes quæ rationis expertes ſunt, cum bibunt aut comedunt vltra quam ſatis eſt, etiamſi mille homines cogerent, nunquam elabuntur. Nemo cogit bibere aut edere animalia, ne exceſſus detrimento ſit eis, ebrioſi & qui cogunt alios ad bibendum, peiores ipſi iudices. *Hom.58.in Matth.*

*Tritici* quidem hoc eſt ſiligo, hoc farina, hoc furfur. Igitur ſi mola quidem ſit idonea molere, hæc omnia ſeparauerit, ſi verò plus ingeſſeris, confuderis omnia. Itidem & vinum, ſi congruam cocturam, & temporum aſſequatur temperiem,

quoniam citra quidem hoc omnia confuſa ſunt: poſt hæc verò, hoc quidem in fæcem ſubſidet, hoc in ſpumam exilit, hoc verò in guſtātium vſum: & hoc eſt bonum, quod nunquam facile ſubuertitur. Quod verò dicunt, tropiam neque vinum eſt, neque fex, omnibus commiſtis, hoc in flumine quiſquam viderit, cum aquarum vortex efficitur. Sicut tunc mortuos piſces videmus adnatantes, & fimi craſſitudine oculis captos: Itidem & in nobis efficitur. Cum multus ingluuiei ſuperne influxerit imber, poſtquam omnia cognouerit, mortuas amare facit cogitationes pridem ſanas, & in puro viuentes. *Hom.* 45.

*Sicut* hoſtibus vrbem ſubeuntibus, & obſidione facta, & perturbatione, multum efficitur tumultus: ita fit in anima ſubrepente vino cum deliciis. *hom.* 54.

*Auguſtini.* Corpora noſtra terrena ſunt: Quomodo pluuia nimium grandis & diuturna ſi fuerit, terra confunditur, & in lutum reſoluitur, vt nulla in ea cultura poſſit fieri: ſic & caro noſtra, quando abundantior, potu fuerit inebriata: nec ſpiritualem culturam accipere, nec fructus animæ neceſſarios poterit exhibere. Et ideo, quomodo omnes homines ſufficientem pluuiam in agris ſuis accipere deſiderant, vt & culturam valeant exercere, & de fructuum vbertate gaudere: ita & in agro corporis hinc tantum deberent bibere, quod oportet, ne nimia ebrietate, ipſa corporis terra, velut in paludem conuerſa, magis vermes & ſerpentes vitiorum generare, quam fructus bonorum operum poſſit afferre. Omnes enim ebrioſi tales ſunt, quales paludes: videntur ſerpentes, ſanguiſugæ, naſcuntur ranæ, & diuerſa genera vermium, quæ magis horrorem poſſunt generare, quàm aliquid quod ad victum proficiat, exhibere. Herbæ, quæ in ipſis paludibus vel circa ripas earum naſci ſolent, nihil vtilitatis habere videntur, in tantum, vt annis ſingulis incendio concrementur: ita quod de ebrietate naſcitur, igni præparatur. *ſermon.* 231. *de vitanda ebrietate.*

*Ebrioſi peiores* animalibus. Cum enim illa amplius, quam eis opus eſt bibere nolunt: iſti & duplum, & triplum, quam eis expedit, potum accipiunt. *ibid.*

*Ebrietas* eſt quaſi puteus inferni: quotieſcunque ſuſceperit, iam ſi digna ſubuenerit pœnitentia, & emendatio ſubſecuta, ita fortiter ſibi vendicat, vt eoſdem ipſos de inferni tenebroſo puteo ad charitatis vel ſobrietatis lucem redire non permittat, ſine pœnitentia. *ibid.*

*D. Baſilij.* Ne velut in hos dies crapulæ theſauros reponito. Iſta infida penui cella eſt, in pertuſum hauris dolium: fit enim vt vinum perfluat, ad ſuā recurrens viam, peccatum verò maneat in dolio, famulus profugit ab hero verberante, tu vero non recedis à vino, quod contudit caput tuum. Ebrietas vt ſomnium adfert mortis germanum: ita vigiliam habet ſomniis adſimilem. *De ieiunio.*

*Velut nauigia*, quando fluctibus procellæ acceptis grauantur; neceſſario commeatus vacuatione ac proiectione vacuanda ſunt: ſic ebriis rerum ſtomachum grauantium vacuatio neceſſaria, ex quo & vomitione & deiectione frequenti vix leuari poſſunt, tantò naufragis deteriores, quanto illi res cauſantur extrinſecus & mare. *Serm. de ebrietate.*

*Sicuti* valles & botri, donec torrentibus inundantur pleni eſſe videntur, vnda verò deſinente, ſtatim ſiccæ vacuæque remanent: ſic & vinolentorum ora vino ac potatione durantibus exſaturantur ac madeſcunt, paulo poſt continua ſiccitate laborant. *De ebrietate.*

*Nocumenta* quidem peſtis cum tempore hominibus contingunt, aere ipſo paulatim virus ſuum corporibus inſerente: vini autem noxæ illico ingruunt. Ebrii quippe cum adeo corruperunt animam, vt tota ſit inquinata, & plena maculis, inſuper etiam corporis habitum perdunt, &c. *Apud Antonium in Meliſſ. part.* 1. *ſermone* 41.

*Vt aqua* aduerſatur igni: ſic immoderatus vini potus rationem extinguit temperantem. *apud Max ſerm.* 30.

*Plutarchi.* Ignaui canes apud menſam audent, in venatu minimè: ſic ingeneroſum eſt, cum ſobrius liberè loqui non audeas, inter pocula id facere. *in Moral.*

*Senecæ.* Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in ſummam partem vi caloris eiectat: ſic vino exæſtuante, quicquid in imo iacet abditum, effertur, & prodit in medium. *lib.* 2. *epiſt.* 84.

*Quemadmodum* difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radii ſolis offenſionem: ita ebrietates continuæ efferant animos. *ibid.*

*Quemadmodum* onerati mero non continent cibum: ita nec arcanum, redundante vino.

*Plinij.* Vt polypi non extendunt ſua flagella, niſi ad eſculenta: ſic quidam omnem felicitatem cibo potuque metiuntur. *libr.* 9 *c.* 29. & *Plut.*

*Eraſmi Roterodami.* Lyſimachus ob ſitim coactus ſe dedere Scythis, deinde cum frigidam bibiſſet aquam: Dii boni, inquit, quam breuis voluptatis cauſa quantam depoſui felicitatem! ita nobis cogitandum, poſtquam ob potatiunculam intempeſtiuam, aut venerem, in longum morbum incurrimus. *in ſimilib.*

*Muſca* & alia nonnulla inſecta ſuctu viuunt, ideoq; eis pro lingua eſt fiſtula: ita quoſdam videas bibones, qui potu viuant, à cibo abhorreant. *in ſimilib.*

*Thriueri.* Qui ambitioſe delegit in menſa, cui bibe... tur gratiam, quam qui dilutum iterum ducit ad pl... 112.

## ¶ Exempla Biblica.

Ebrietatis exempla: Noe, *Geneſ* 9. *v.* 21. Nabal ... Amnon, 2. *Sam.* 13, v. 28. Ela, 1. *Reg.* 16. v. 9. Benadad ... *Dan.* 5. 2.

In ebrietate extinctorum exempla: Philiſtæi, ... Ammon, 2. *Sam.* 13. 28. Ela, 1. *Reg.* 16. *v.* 9. Holofernes, ... Balſaſar, *Dan.* 5. v. 1. 2. 3. 4. 30. Simon cum filiis & quib... 1. *Macchab.* 16. *v.* 16. 17.

## ¶ Exempla Historica.

*Pittacus Mitylenæus* temulentos, ſi quid deliq... pœna puniri curauit, vt formidine ſupplicii à vino ... nerent. *Alex. ab Alex. lib.* 3.

*Apud Hiſpanos* hodie ebrietas tanto habetur odi... nii quidem dictio ei, qui huic vitio obnoxius vel ſem... mittatur. *Theat. Zuing.*

*Indi niſi* ſacrorum cauſa vinum non bibebant: ... ſtitutum erat; vt ſi quā mulier regem temulentum oc... donaretur munere, vt ſucceſſori nuberet. *Alex. ab Al...* *pite* 11.

*Athenienſes*, cum ebrietati vitium in omnibus ... Solonis inſtituto ebrium principem morte mulctab... *Solone.*

*Apud eos locos*, qui magis vergunt ad Zephyrum, ... ſine medici imperio medicamenti gratia biberit, ... quam legem tulit Zaleucus. *Athen. l.* 10. *c.* 9.

*Cleo* non ſolum cum fœminis, verum etiam cum ... auſa, omnes ſuperauit. *Ælian lib.* 2. *de Var. hiſt.* & *Athen.*

*Heraclites pugil* parem in bibendo non habebat: ... ientaculum inuitabat, alios ad prandium, quoſdam ad ... bus omnibus ſine interſtitio ſufficiebat ſolus. *Rauiſ.*

*Anacharſin* philoſophum aiunt plurimum bibiſſe ... drum. Hoc enim vitium ſecum è *Scythia* attulerat. *Ælian.* *var. hiſt.*

*M. Cicero* filius, quum parens fuerit abſtinentiſſimus, ... gios haurire ſolitus eſt, teſte Plinio, temulentus M. ... phum impegit. *Val. Max.*

*Indos ferunt* ex fructu arundinum, quæ mel gign... ex dactylis, inebriari. *Alex. ab Alex. l.* 3. *c.* 11.

*Perſarum multi* farinam in vinum iacientes bib... lutea. *Athen. l.* 10. *c.* 9.

*Carthaginenſes* & *Celtiberi* & *Thraces* mero ... tam viri quam mulieres: atque vino item veſtes ... clarum hoc & beatum vitæ genus exiſtimantes. *Cal...* *A. L.*

*Vitium* ebrietatis grauiter deſcribitur apud Xenoph... Pædia Cyri: vbi dicitur: Ebrios neque mentis eſſe ne... compotes. Ob id Cyro puero cum hoſpites inuitati ... in natali die ita ſe ingurgitaſſent, viſum eſſe venen... cillatore infuſum fuiſſe.

*Vini Vſus* Romanis fœminis ignotus fuit, ne in ali... prolaberentur. Quia proximus à Libero patre ... dus, ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit. Qu... mina vini vſum immoderate appetit, & virtutibus ... & delictis aperit. *Val. Max. lib.* 2. *tit. de inſtitut. antiqu.*

*Ennium Poetam* nunquam niſi potum ad arma d... ſe dicunt: certe ad ferenda tractandaque arma, mul... opus eſſe, fateri oportet, cum multo maius exiſtat, ... quam deſcribere. *Cælius Rhodiginus. Quare in ...* *quæ potoribus.*

*Notum eſt*, Archeſilaum philoſophum, cum ... hauſiſſet, obiiſſe ætatis anno ſeptuageſimo quinto. *Rau...* *part. offic. Tit. de gul. edacib. ac Vinol.*

*Ennius* articulari morbo conſumptus eſt, quem ... vini vſu contraxerat. Quam rem egregiè docet Seren...

*Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua:*
*Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.*

Ennius podagricus. *Hæc Cælius libro cap.* 30. *lection...* *rum.*

*Æneas Syluius in libello de paruis mulieribus*, ... bus ebrietatem, & tantiſper fortes dum vinum habeant.

*Quum ad Dionyſium* regem delatum eſſet, duos ... inter pocula & in ipſum & in eius tyrannidem dixiſſe, ... uit ad cœnam, & animaduertit alterum largius p... gari, alterum rarò cauteq; bibere: potum dimiſit, ... lentiam maledicus eſſet: alterum interfecit, vt qui ... lus & hoſtis eſſet.

## ¶ Hieroglyphica.

*Per Pantheram* ebrioſitas intelligitur hierogl...

ntheræ vini admodum auidæ, & à venatoribus ebriæ plecapiuntur, fontibus quo potatum eunt, ſuauiſſimo, peruetentique vino medicatis. *Pier. Val. lib.11. pag.103.*

minem verò ebrietate laborantem, ac ſibi remedium commentem ſignificare cum vellent Ægyptii: *Vpupam & capillum herbam* pingebant, *Vpupa* ſiquidem vuis veſcitur immo ut plerunque inde ebria fiat, & ſimulac ſe tentari ſenſit, ca Veneris decerpto, efficaciſſimè ſibi medicatur. *idem libro 25. item lib.58. pag.562.*

¶ Emblema.

In ſtatuam Bacchi. Dialogus.

Emblema xxv.

*Bacche pater, quis te mortali lumine nouit,*
*Et docta effinxit quis tua membra manu?*
*Praxiteles, qui me rapientem Gnoßida vidit,*
*Atque illo pinxit tempore qualis eram.*
*Cur iuuenis, teneraq; etiam lanugine vernat*
*Barba queas Pylium cum ſuperare ſenem?*
*Muneribus quandoque meis ſi parcere diſces,*
*Iunior & forti pectore ſemper eris.*
*Tympana non manibus, capiti non cornua deſunt,*
*Quis niſi dementeis talia ſigna decent?*
*Hic doceo noſtro quod abuſus munere ſumit*
*Cornua, & inſanus mollia ſiſtra quatit.*
*Quid vult ille color membris pene igneus? omen*
*Abſit an humanis Vreris ipſe focis?*
*Cum Semeles de ventre parens me fulmine traxit*
*Ignicomo infectum puluere merſit aquis.*
*Hinc ſapit hic, liquidis qui nos bene diluit vndis:*
*Qui non, ardenti erret ab igne iecur.*
*Sed nunc me doceas, qui vis miſcerier? & qua*
*Teſanus tutum pendere lege queat?*
*Quadrantem addat aquæ, calicem ſumpſiſſe falerni*
*Qui cupit, hoc ſumit pocula more iuuat.*
*Sed intra geminas: nam qui procedere tendit*
*Vltra, alacer, ſed mox ebrius, inde furit.*
*Res dura hac nimium ſunt pendula guttura, dulce*
*Tu ſluis, heu facile commoda nulla cadunt.*

# Eccleſia.

¶ Definitio.

Ecclesia, Græcà dictio eſt, ἐκκλησία ας, ἡ. Hebræis *Kahal*, congregauit, propriè dicitur de congregatione hominum per conuocationem facta. Idem cognationem habet cum *Kol.* id & *Lahakah*, i. collectio. Græcis καλέω, voco, συγκαλέω, conuoco, euoco, accerſo, ἐκκλησία, Eccleſia, concio, congregatio hominum vocatorum ad aliquid audiendum. Vocabulum fuit apud Græcos celebre atque vſitatum, ſignificans pro hominum è ſuis ſedibus in alium locum conuocatorum aliquid audiendum. Hinc mutuo ſumptum eſt nomen atque ad vſum traductum. Rei quam ſignificat aptiſſimè conuenit, quia nihil aliud eſt eccleſia quam cœtus hominum euocatorum. Qui enim ad veram eccleſiam pertinent, ex hoc mundo, i. hominibus qui in mundo verſantur, in vnum corpus & quaſi rempublicam ſanctam euocantur, nulli in hunc numerum veniunt, niſi e Deo, nulli ſuis viribus freti, ſed omnes, quotquot veniunt, vocatione præueniuntur.

Definitiones, diſputationes, notas Eccleſiæ, Theologorum ſcriptis relinquimus, inſtituto noſtro contenti.

¶ Loci Biblici.

Eccleſiæ Latinis, Græcis ἐκκλησίας nomen accipitur, *Primò* pro cœtu quo conueniunt homines religionis ergo, *Deut.23. v.1. Iudic.* 20.2. *Pſalm.*67.27. *Thren.*1.10. *Ioel.*2.16.1. *Cor.*11.18. & 14.34. *Secundò*, pro familiæ alicuius domeſticis fidelibus, *Rom.*16.5. 1. *Cor.*16.19. *Coloſſ.*4.15. *Tertiò*, pro cœtu vnius prouinciæ, 1. *Reg.*8.14 *Act.*9.31. & 11. 22. & 13.1. & 15.1. & 19.32. & 20.17. *Rom.*16.2. 1. *Cor.*1.2. & 16.1. 2. *Cor.*1.1. *Gal.*1.2.2. *Theſſ.*1. *v.*1. & *c.*1. *Pet.*5.13. *Apoc.*2.1. & 3.1. *Quartò*, pro loco inſigni aliquo credentium, verboq; ac Sacramentis ſimul communicantium cœtu, *Act.*20.28.1. *Cor*, 11.22, & 14.4. *Galat.*13. *Quintò*, pro cœtu fidelium, *Num.*19.20. & 20.4.1. *Sam.*19.47.1. *Reg.*8. *v.*14.55. 1. *Par.*29.1. & *c.*2. *Par.*1.2. *Pſal.*22 56 & 26.12. & 35.18. & 107.32. & 150. *Matth.*4.37. & 5.16, & 14.19. *Matth.*16.18. *Act.*5.11. & 8.1. & 16.4. *Rom.*16. *v.*16.23.1. *Cor.*6.5. & 11.16. & 12.28. & 14.5.2. *Cor.*8. *v.*18.23.24. & 11.8. & 12.13. *Epheſ.*5.23. *Phil.*4.15. *Coloſſ.*1.15.1. *Tim.*3. *v.*5.15. *Apoc.*1. 11. & 22.16. Sextò, pro vniuerſa fidelium per totum terrarum orbem diſperſorum multitudine, & tunc confertur candelabro, *Apoc.*1.20. ciuitati, *Epheſ.*2.19. *Apoc.*21.2. (*vide Matth.*5.14.) columbario, *Eſa.* 60.8. columnæ, 1. *Tim.*3.15. *Septimò*, pro ſenatu eccleſiaſtico, *Matth.* 18.17. quia nimirum cogitur nomine totius Eccleſiæ. Alibi vocatur à Paulo Presbyterium ſeu Collegium Seniorum, 1. *Timoth.*4. *v.*14. (D. Ignatius Epiſtol. 9. ad Antiochenos Collegium Presbyterorum vocat.) Obſeruandum autem eſt, Eccleſiæ vocabulum vnico hoc ſaltem noui teſtamenti loco (*Matth.*18,17.) de Iudæis dici, quorum alioquin generales cœtus peculiari nomine ſolent Synagogæ appellari: quamuis Græci interpretes idem vocabulum attribuant eorum congregationi, etiam in veteri Teſtamento, 1. *Par.*13. *v.* 2.9. Euangeliſta itaque pro Seniorum collegio, dixit Eccleſiam, Lucas autem Presbyterium populi, *Luc.*22. *v.*66. *vide Marc.*5.22. *Octauò*, pro ciuium conuentu, ſeu multitudine in Theatrum concurrente, *Actor.*16. *v.*32.39.

Eccleſia eſt vna & viſibilis præfigurata per vnam & viſibilem arcam Noe, *Gen.*16.14. 1. *Petr.*3.20. per ciuitatem ſanctam Ieruſalem, *Apoc.*21.2. per hortum concluſum & fontem ſignatum, *Cantic.*4.12. per vnam columbam, 6.8. per vineam, *Pſal.*80.9. *Cant.*2.15. *Eſai*, 5.2. & *c. Ierem.*2. *v.*21, & 12.10. *Matth.*20. *v*,1. & *c*, *Marc.*12.1. *Luc.*20.9. *Apoc.*14.15. Per agrum, *Matth.*13.4. Per nauem, *Luc.*5.8. Per regnum cœlorum, *Matth.*13.1. & *c.* per ſagenam comprehendentem bonos & malos piſces, *Matth.*13,47.

Eccleſia dicitur (myſticum) corpus Chriſti, *Rom.*12.5. 1. *Cor.*10.17. & 12.27. *Eph.*1. *v.*22,23 & 4. *v.*12.16, & 5.23. *Coloſſ.*1. *v.*18.24. contentioſa non eſt, 1. *Cor.*11.16. domus Dei, 1. *Tim.*3,15. *Hebr.*3. *v.*5.6. 1. *Petr.* 25. & 4 17. *vide* & *Epheſ.*2.1.1. *Petr.*2. *v.*4.5. vbi alluditur ad veteris templi ſtructuram. Euangelii miniſtra, *Eſai.*41. *v*,27. immaculata, *Cant.*4.7. *Epheſ.*5.27. à Chriſto mundata, 5.26. *Tit.*2.14. piorum mater, *Eſa.*54.13. & 66.10. *Gal.*4.26, difficulter parit filios, *Apocal.*12,2. Chriſto precioſa, *Act.*20,28.1. *Petr.*1,18. plenitudo Chriſti, *Eph.*1, 23. Sponſa Dei, *Pſal.*45, *v.*11.12, *Ezech.*16.8. *Oſe.*3,19. *Matth.*6.15. 2. *Cor.* 11.2. *Eph.*5,32. *Apoc.*19,7. & 21, *v.*2,9. Chriſto ſubiecta, *Eph.*5,24, ſuper Chriſtum fundata, *Eſa.*28.16. *Pſal.*118.12. *Matth.*16,18, & 21.24. *Luc.* 20,17. *Act.*4,11.1, *Cor.*3 11. Spiritu ſancto prædita, *Ioan.*14. *v*,16. variis afflictionibus obnoxia, *Dan.*12.1. *Zach* 1, *v.*4.5. vinci poteſt nunquã, *Matth.*16,18 *Rom* 8,17. vniuerſalis eſt, *Matth.*8,11. *Ioan.*10,16. *Galat.* 4. *v.*26.

Eccleſia fidelium naſcitur & propagatur per ſanam doctrinam, *Ioan.*1,12, & 3. *v.* 3. *Rom* 8,13, & 9,8. *Galat.*3.20 & 4.19. *Epheſ.*1.5. *Tit.* 1. 1. *Cor*, 4.15. *Philem. v.*10.1. *Pet.*1.23.1. *Ioan.*3.9. & 5. *v.*1. 18. *Iacob.* 1. 18. Eccleſia, ſeu fidelium cœtus, tenetur Paſtoribus & Doctoribus ſuis ad vitam tuendam neceſſaria ſuppeditare, *Deuter*, 12, 19, & 14, 27. & 10, 11, & 25, 4, 1, *Eſd*, 7.23. *Matth*, 10, *v*, 10, *Luc*, 10, 7. *Rom*, 15, 27, 1, *Corin.* 9, *v*, 7, 11, *Galat*, 6, 8, *Philip*, 2, 29, & 4, *v*, 1, 16, 1, *Theſſal*, 5, 12, *Hebr*, 13, 7. & orare pro præfectis ſuis, *Actor*, 4, 29, & 12, 5, *Rom*, 15, 30, *Epheſ*, 6, 18, *Philip*, 1, 19, *Coloſſ*. 4, 2, 2, *Theſſ*, 3, *v*, 1, *Hebr*, 13, 18.

Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, *Oſe*, 2, *v*, 2, 1, *Cor*, 12.27, *Eph.*1, 22, & 4, 15, & 5, 23, *Coloſſ*, 1, 18, & 2, 10. Eccleſiæ quaſi membra quædam ſunt veri Fideles eidem capiti Chriſto ſubiecti, cuiuſcunque nationis fuerint, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, *Eſai*, 43, 9, *Ioan*, 10, 16, 1, *Cor*, 17, 12. *Epheſ*, 3, 6. Eccleſiæ Claues promittuntur, & poteſtas, *Matth.* 16. 17. traduntur, *Ioan.* 20, 23. exercentur, *Matth*, 18, 17.

Eccleſiam ſibi Chriſtus comparauit, & emit ſanguine ſuo, *Actor.* 20, 28, 1, *Cor.* 6, 20, & 9, 32 *Eph*, 2, *v*, 13, *Coloſſ*, 1, *v*, 14, 1, *Petr*, 1, 18. *Heb.* 9. 12. 1, *Ioan*, 1, *v*. 7, *Apoc.* 1, *v*, 5, & 5, *v*, 9, & 14, *v*, 4.

Eccleſiam ſuam Deus protegit & cuſtodit, *Exodi* 13.21. & 29.45. *Leuit.*26.12. *Deut.*7.20. & 23.14. & 31.3.1. *Reg.*6.13. *Pſal.*91. *v.*1. 11. & 132.13. *Eſaiæ* 43.2. *Ierem.*46.28. *Matth.*18.20. *Ioan.*14.23. 2. *Corinth.* 2. *v.*6,16.

¶ Sententiae Biblicae.

*Eccleſiæ fundamenta.*

Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos. *Eſaiæ* 54.

Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat ſuper petram. *Matth.*7.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. 16.

Secundum gratiam quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus, fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat. 1. *Cor.*3.

Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. *idem.*

Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei in Spiritu ſancto. *Epheſ. cap.*2.

Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini domus ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. 1. *Pet.* 2.

*Firm-*

*Firmamentum.*

Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui, ne inducerem aquas diluuii vltra ſuper terram: ſic iuraui vt non iraſcar, & non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit miſerator tuus dominus. *Eſai.*54.

Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos, oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſuper petram. Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat ſuper petram. *Luc.*9.

Simon, Ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. 22.

Hæc tibi ſcribo fili, vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. 1. *Tim.*3.

## ❡ PATRVM SENTENTIÆ.

Diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram: columna autem & firmamentum Eccleſiæ eſt Euangelium & Spiritus vitæ. *Iren. libro* 3. *c.*11.

Eccleſia eſt quædam forma iuſtitiæ, id eſt, commune ius omniũ. In commune orat, in commune operatur, in commune tentatur: ſine Eccleſiæ catholicæ ſocietate, nec alicubi baptiſmus prodeſſe poteſt, nec opera miſericordi, niſi fortè vt minus torqueatur. *Aug de fide ad Petr.*

Adhuc habet Eccleſia, quo creſcat, donec illud impleatur, dominabitur à mari, vſque ad mare. *ſuper Matth.*

Eccleſia nunc orat pro omnibus: nec tamen pro omnibus exauditur. *Auguſt.*

Eccleſia velut lilium inter ſpinas, malis & bonis eſt permiſta. *lib.* 5. *de Bapt.*

Inter nos & Donatiſtas quæſtio eſt, vbi ſit Eccleſia, vtrum apud nos, an apud illos? Quid facturi ſumus? in verbis noſtris eam quæſituri, an verbis capitis ſui, Domini noſtri Ieſu Chriſti? Puto quòd in illius potius verbis eam quærere debemus, qui veritas eſt, & optimè nouit cor ſuum. *Aug. de vnitate Eccleſiæ.*

Non audiamus, dico, hæc dicis, ſed audiamus, hæc dicit Dominus. Sunt certe libri Dominici, quorum auctoritati vtrique conſentimus, vtrique credimus, vtrique ſeruimus. Ibi quæramus Eccleſiam, ibi diſcutiamus cauſam noſtram. *idem eodem lib.*

Eccleſia quæ per omnes gentes creſcit, in frumentis Domini conſeruata eſt. *idem, epiſt.*48.

In ſcripturis didicimus Chriſtum, in ſcripturis didicimus Eccleſiam: has ſcripturas communiter habemus. Quare non in eis & Chriſtum, & Eccleſiam communiter retinemus? *idem epiſt.*166.

Si qua eſt Eccleſia, quæ fidem reſpuat, nec Apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat, deſerenda eſt. Petra tua Chriſtus eſt. *Ambroſ in Lucam. l.*6. *c.*9.

Eccleſia, ſicut Luna, defect⁹ habet, & ortus frequẽtes, ſed defectibus ſuis creuit, & his meruit ampliari, dum perſecutionib⁹ minuitur & confeſſorum martyriis coronatur. Hæc eſt vera Luna, quæ de fratris ſui luce perpetua lumen ſibi immortalitatis & gratiæ mutuatur. Fulget enim Eccleſia non ſuo, ſed Chriſti lumine, & ſplendorem ſibi accerſit de ſole iuſtitiæ, vt dicat, Viuo autem iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus. *Idem lib.*4. *Hexamer. cap.*8.

Non habent Petri hæreditatem, qui Petri fidem nõ habent. *idem, lib.*1. *de pœnitent. c.*6.

Illa eſt Eccleſia ſancta quæ fidem Chriſti integram ſeruat. *Hierõ. in Symb. Rufini.*

Eccleſia non in parietibus conſiſtit, ſed in dogmatũ veritate. Eccleſia ibi eſt, vbi fides vera eſt. Eccleſia autem vera illic erat, vbi vera fides erat, quum hæretici omnes has Eccleſias poſſidebant. *idem in Pſal.*133.

Eccleſia non eſt Chriſtorum, ſed Chriſtianorum. *Epiphan. cont. Marcionitas, hæreſ* 42.

Non ille de Eccleſia exit, qui corporaliter exit, ſed qui ſpiritualiter veritatis Eccleſiaſticæ fundamenta relinquit. Nos ab illis exiuimus loco, illi à nobis fide. Nos apud illos reliquimus fundamenta parietum: illi apud nos reliquerunt fundamenta ſcripturarum. *Chryſoſt. hom.*46. *in Matth.*

Hoc Eccleſiæ proprium eſt, vt tunc vincat quum læditur: tunc intelligat quum arguitur: tunc obtineat, quum deſeritur. *Hilar. de trin.*

Hoc habet proprium Eccleſia, dum perſequitur, floret: dum opprimitur, creſcit: dum contemnitur, proficit: dum læditur, vincit: dum arguitur, intelligit: tunc ſtat, quum ſuperari videtur. *ibid.*

Non altera Romanæ vrbis eccleſia, altera totius orbis æſtimanda eſt. Gallia & Bithynia, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes, vnum Chriſtum adorant; vnam obſeruant regulam veritatis. Si autoritas quæritur, orbis maior eſt vrbe. Vbicunque fuerit Epiſcopus, ſiue regio, eiuſdem meriti eſt, eiuſdem ſacerdotii: potentiæ diuitiarum & poteſtatis gradus & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem vel inferiorem Epiſcopum non faciunt. Cæ[illegible] mnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. *Hier. ad Eua[illegible] terum.*

Vbi ſunt, qui paupertatem nobis exprobrant, [illegible] lenter iactant? qui eccleſiam multitudine defini[illegible] gregem aſpernantur. *Greg. Nazianz. Or.* 25.

Eccleſia non eſt in parietibus, ſed in multitudine [illegible] eſt locus diſputationis, ſed doctrinæ: Corpus eccleſiæ [illegible] dit atque ſuperbia. Non eſt ibi eccleſia, vbi non eſt fid[illegible] vnam vocem eſſe oportet. *Chryſ. in hõ.*

Quid, inquit, Arcturi nomine, qui in cœli arce [illegible] ptem ſtellarum radiis fulget? ibi vniuerſalis eccleſia [illegible] Arcturus, inquit, ſemper verſatur, & nunquam merg[illegible] ſia perſecutiones tolerat, ſed ſine defectu perdurat. *Greg. 29. mor.*

Eſt in Arcturo quod conſideratius poſſumus [illegible] quidem ſtellis voluitur, & modo quidem tres ad ſum[illegible] ad ima quatuor inclinat, modo quatuor ſuperius erig[illegible] rius premit, ſic ſancta eccleſia modo infidelibus [illegible] modo vero fidelibus quatuor virtutibus, quaſi rota [illegible] nis, ſtatus ſui ſpem quodammodo immutat. *ibid.*

Arca ceſſante diluuio in monte requieuit, quia [illegible] ruptione ceſſante, quum malorum operum fructus [illegible] cœleſti patria, ſancta eccleſia velut in excelſo monte [illegible] *epiſt.*

Sancta eccleſia duas vitas habet, Vnam, quam [illegible] Aliam, in qua iam de receptis muneribus gaudet, [illegible] vita offert ſacrificium, hic videlicet ſacrificium comp[illegible] ſacrificium laudis. *in hom. ſuper Ezech.*

Tunc ſancta eccleſia valentius in veritate reficitur [illegible] tius pro veritate fatigatur. *in moral.*

Sicut eccleſia proprias res amittere non debet, [illegible] dore alienas inuadere non debet. *in reg.*

Sancta eccleſia conſiſtit vnitate fidelium, ſicut [illegible] membrorum. *lib* 29. *Moral.*

Eccleſia afflictionis tempore prouerbium prauis [illegible] *mor.*

O vanitas vanitatum! ſed non vanior, quam inſanior [illegible] cleſia in parietibus, & eget in pauperibus: ſuos lapides [illegible] & filios ſuos nudos deſerit: de ſumptibus egenorum [illegible] lis diuitum. *Ber. in apol.*

O humilitas & ſublimitas, & tabernaculum! Ced[illegible] rium Dei, & terrenum habitaculum, & cœleſte palatium [illegible] lutea, & aula regia, & corpus mortis, & templum lucis [illegible] denique ſuperbi, & ſponſa Chriſti. *Ber. ſuper Cant.*

Omnino proditorem ſe eſſe nouerit, quicunque [illegible] quælibet in hanc domum conatur inducere, & templ[illegible] luncam vult facere dæmonum. *Ber. in ſerm.*

Sponſa, id eſt, Eccleſia Chriſti nil ſibi glorioſum [illegible] Chriſti portare opprobrium. *in Cant.*

Eccleſiæ nomine non tantum vna, ſed multarum [illegible] tur. *in Cant. ſerm.*61.

Præſumit eccleſia non de ſuis meritis, ſed de Domi[illegible] *in Cant. ſerm.*6.

Eccleſia media eſt inter cœlum quod eſt locus tantum [illegible] & infernum qui eſt locus tantum malorum: ipſa vero [illegible] dia eſt, quia indifferenter bonos & malos colligit, [illegible] eſt in arca Noe, vbi animalia mitia ſimul erant cum [illegible] mitibus. *in Matth.*22.

Quod habet Eccleſia, cum omnibus nihil haben[illegible] bere commune: nec aliquid inde eis, qui ſibi de eo [illegible] re: quoniam nihil aliud eſt ſic habentibus dare, [illegible] *Proſper. pro vita contemplatiua.*

Eccleſia auro non ſtruitur, ſed potius deſtruitur. [illegible]

Orthodoxa eccleſia hominem perſequi non ſolet. [illegible] *cap.*3.

Differentia eſt inter ſynagogam & eccleſiam. Syna[illegible] gregatio, eccleſia vocatio. Poſſunt autem irrationabilia [illegible] vocari autem nequaquam, & ideo viſum eſt doctoribus [illegible] eccleſiam. *Rab. ſuper Matth.*

Tria poſſumus aſſignare tabernacula, ſcilicet [illegible] cum, & morale, id eſt, tabernaculum Moyſis, taberna[illegible] tabernaculum cuiuslibet iuſti. Tabernaculum Moyſis [illegible] uerſis generibus ornamentorum conueniens ſtructura [illegible] culum Chriſti eſt eccleſia. Tabernaculum iuſti, qualibet [illegible] ma. Vnum fit ex lignis imputribilibus: aliud ex ſanctis [illegible] tertium ex donis & virtutibus. *Hug. lib.*3. *de clauſtr*[illegible]

## ❡ POETICAE SENTENTIAE.

Iacob. Billius, Anthol. Sacr.

Eccleſiam nullis hoſtium machinis euerti poſſe.

*Qui tibi bella mouet, genitrix ſanctiſſima, [illegible]*
*Lædit, at ipſe ſuum traijcit enſe caput.*
*Calce ferit ſtimulum, nam ſe miſer ipſe cruentat.*

*Quæq; putat ſtimulo ſe dare damna, capit.*
*Atq; eadem patimur quæ rupi alliſa procella:*
*Alliditur rupes: frangitur vnda minax.*
*Fortior es cælo, cælumq; & terra peribunt:*
*At tu ſponſa Dei, tempus in omne manes.*

*Chryſoſtomi*, ſicut in horto ſunt multæ arbores fructum inuti-
...ates: in ſyluis autem non inuenitur bonum faciens: ſi au-
...faciunt, aut inſipidum faciunt, aut acerbum. Sic in Eccleſia,
...rtus eſt Chriſti, multi ſunt boni. In Eccleſiis autem hære-
...quæ ſunt ſyluæ deſertæ, nemò eſt bonus: quia etſi aliquis eſt
...propter homines eſt bonus, & propter Deum. *In Matth.* 7.

...*xorem* quocunque modo contra voluntatem viri agen-
...quum eſt repellere, non autem eſt iuſtum, quantum ad grá-
...viri, niſi ob cauſam fornicationis: Sic & Eccleſia quocun-
...modo contra voluntatem egerit Chriſti, digna eſt abiici: non
...abiicitur propter longanimitatem Chriſti, niſi ſola trans-
...ſionis in c. 19. *Matth homil.* 31.

*Quemadmodum* gallina habens pullos, non ſolum ſuos caleſa-
...etiam cuiuscunque volatilis filios excluſos à ſe diligit quaſi
...ita & Eccleſia non ſolum ſuos Chriſtianos ſtudet vocare, ſed
...Gentiles ſiue Iudæi, ſi ſuppoſiti illi fuerint, omnes fidei ſuæ ca-
...ſuſcipit & in Baptiſmo generat, & in ſermone nutrit, & mater-
...charitate. *in Matth.* 23. *homil.* 46.

*Quemadmodum* mari æſtuante, & multis procellis inſaniente, ad
...portum congregare timor omnes cogit: Sic & nunc fori procellæ, &
...omnes vndique in Eccleſiam compellit. *Homil.* 4.
*...diuite & paupere.*

*Quemadmodum* apud ipſos reges, omnes quidem vnius regnan-
...tem imperium agnoſcunt, ſubſeruiunt autem non omnes iiſdem in
...: ſed illius munus eſt exercitibus imperare, huius vrbes rege-
...re & diſpenſare, illius rurſus pecunias eas aſſeruare; quæ in theſau-
...recondita ſunt: Ita & in rebus ſpiritualibus, hic quidem ſuam
...virtutem ac cultum oſtendit in fide ipſa, in recta vitæ
...diſpenſatione: illa autem ſuſcipienda hoſpitum cura, alius
...rerum neceſſariarum præfectura. Quemadmodum
...ipſos Apoſtolos, Stephani munus erat, viduarum præſi-
...patrocinium: atque hac quidem in parte Deo inſeruiebat:
...verò Euangelici ſermonis præceptionem ſuſceperat, cuius-
...erat Paulus, ſeruiens in Euangelio prædicando. *Homil.* 2. *ad*
...

*Sicut in ſtructura* non omnes lapides eundem habent locum;
...quidem in angulum eſt accommodus, ad fundamenta non
...contra ad fundamenta commodus eſt, non item ad angu-
...idem ſane eſt in corpore, quod eſt Eccleſia. Quin & in no-
...licet idem cernere: attamen aliud membrum ab alio to-
...ab omnibus omnia requirimus. Nam ex communi fa-
...& corpus, & ædificium conſtituit, *in capit.* 6. *ad Ga-*
...

*Sicut corpus* neruorum debita habitudine carens, multas gignit
...& vitam facit non diuturnam: Ita Eccleſia non circun-
..., & vehementer vrgente catena, plurima parturit bella, i-
...auget, & multarum tentationum eſt occaſio. *Homilia in*
*...lam & Aquilam.*

*Quemadmodum* ſæuientibus pugnantibusque inter ſeſe aſperri-
...derepente mare antea quietum ac tranquillum furit, at-
...eſcit, eosque omnes quos tum vela facere contigerit,
...Ita Eccleſiæ tranquillitas, perditis hominibus admiſſis tur-
..., ac naufragiis permultis infeſtatur. *Librô* 3. *de Sacer-*
...

*...capiti* corpus cohærere neceſſarium: Ita Eccleſiam ſacer-
...principi populum, vtque virgulta radicibus & fontibus ri-
...& filii patri, & magiſtro diſcipuli. *Hom.* 17. *de recipiendo Se-*
...

*...* ſimilis eſt ſancta Dei Eccleſia naui. Nauis autem non
...ligno conſtat, ſed ex diuerſis. Et carinam quidem ex vno li-
..., ſed non vno modo: ancoras autem ex alia materia. Mali
...tabulata, & puppis partes, parietumque ac tranſtrorum, ve-
...temonum, gubernaculorumq; ac aliorum omnium
...lignis compactionem habent. Vnaquæque vero hæreſis
...vno ligno conſtat & Eccleſiæ formam non oſtendit. San-
...Dei Eccleſia nuptias quidem habet reuerendas, & colit
...venerabiles ſunt nuptiæ & lectus impollutus. Habet con-
...in admiratione & laudat talem: quoniam certat certa-
...& contemnit vitam velut adhuc potentior. Habet virginita-
...& magnificat talem, velut virtuoſam, & penna leuiſſima or-
.... Habet qui renunciauerunt mundo & non inflatur contra
...qui adhuc in mundo ſunt, ſed gaudentes talibus: velut et-
...Apoſtoli, qui & ipſi nihil poſſidebant. *Libro ſecundo, tomo pri-*
...

*Theophylacti.* Libanus mons phœniciæ ſyluoſus, odores precio-
...ſis exuberat: huic ſimilis Hieruſalem quælibet ſancto-
rum, cedro ſimilis, in altum tollitur: ſuſcipit ſub eo omnes. *in Aba-*
*cuc*, c. 2.

*Olympiodori*, parua ciuitas eſt militans Deo in terra: Eccleſiā
parua, inquam, comparatione eius quæ triumphat in cœlis. Pauci
in hac ciuitate ſunt, viri ſancti ſcilicet, & electi Dei. Magnus autem
rex, iniquitatis caput eſt diabolus. Hic aſſiduè hanc circuit ciuita-
tem, vt illius ciues redigat in ſeruitutem. Pauper autem ſapiens in
hac ciuitate, cuius conſilio ipſa ſeruatur, ipſe eſt Chriſtus Dominus
Deus noſter. Dicit enim ciuibus ſuis ſanctis: Confidite: ego vici
mundum. *in Eccleſ. cap.* 9.

*Iuſti epiſcopi*, nigra confeſſione peccatorum, formoſa gratia ſa-
cramenti filia Hieruſalem. Ex illa enim, primitiuorum Eccleſia per
Euangelium nata eſt; quæ prima credidit in Hieruſalem, libera eſt,
quæ eſt mater noſtra. Et meritò: quia adſimilat ſe tabernaculis Ce-
dar, quod interpretatur obſcuritas: ad cuius filios Apoſtolus dicit:
Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Poteſt etiā
nigra vocari, cùm paſſionibus, opprobriis, contumeliis & deſpectui
traditur. Conſidera nigram & formoſam in Paulo: In omnibus tri-
bulationem patimur, ſed non anguſtiamur: adorimur, ſed non de-
ſtituimur: deijcimur, ſed non perimus. Quemadmodū tabernacu-
la Cedar, tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium
peripſema: & ſicut pellis Salomonis ſemper mortificationem Ieſu
Chriſti in carne noſtra circumferentes, vt vita Ieſu manifeſtetur in
carne noſtra mortali. *in Cantica Cantic.*

*Congrue mulierum* nomine vocitantur, quia virginitatem quæ
eſt in Chriſto, amiſerunt. Igitur non oberres, me alibi extra te quæ-
rendo vllo modo, in te quippe, vbi me hactenus non quærebas, tan-
quam in meridie requieſco. Iam intellige, vbi me paſcentem & gu-
bernantem temetipſam quæras, ne velut in nocte quorumlibet ſi-
mulatio te abducat. *in Cantica Cantic.*

*In Carmelo* monte ſancti Helias & Heliſæus ſæpe receptaculum
habuêre; quapropter in capite Eccleſiæ Domino noſtro Ieſu Chri-
ſto, quo ſublimius nil eſt, tanquam in monte Carmelo, & iuſti habi-
taculum, & multitudo populorum, tanquam diuerſitas animalium,
ſapientiæ percipiunt alimentum. Comæ capitis iſtius ſicut purpura
regis iuncta carnalibus. Eminentioresque ſancti, beati videlicet
martyres, Chriſto conſimilati, per purpuram regalibus ornamen-
tis, & ſalutaribus, ſemper copulati intelliguntur. *in Cantica Can-*
*ticorum.*

*Clementis.* Similis eſt omnis Eccleſiæ ſtatus naui magnæ, quæ
per vndoſum pelagus, de diuerſis locis & regionibus viros portat,
ad vnam potentis regis vrbem properare cupientes, ſit ergo nauis
huius portus, Dominus ipſe omnipotens Deus: gubernator verò
ſit Chriſtus. Tum deinde proretæ officium Epiſcopus impleat:
presbyteri nautarum, diacones diſpenſatorum teneant locum. Hi
qui catechizant, nautologis conferantur: epibatis autem totius
fraternitatis multitudo ſit ſimilis: ipſum quoque mare hic mun-
dus habeatur: ventorum verò varietatis & turbinum, diuerſis ten-
tationibus conferantur, perſequutiones ac tribulationes & pericu-
la fluctibus exæquentur. Terreni verò ſpiritus qui vel de torrenti-
bus, vel de conuallibus ſpirant, pſeudoprophetarum, & pſeudodo-
ctorum improbæ doctrinæ verba ducantur. Promontoria verò &
loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi ſunt iudices, & pericu-
la minantur & mortes. Bithalaſſa vero loca, quæ duplicibus vndæ
fallacis æſtibus verberantur, dubiis mente & de promiſſionum ve-
ritate nutantibus conferantur, atq; his qui irrationabili fidem no-
ſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ verò & doloſi piratis ſimiles
habeantur. Iam verò rapidus vortex & tartarea Charybdis, & ſaxis
illiſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, qui aliud æſtimanda
ſunt? Reſtat igitur, quo hæc nauis curſu proſpero, tuta poſſit por-
tum deſideratæ vrbis intrare, ita Deo precem fundere nauigantes, vt
mereantur audiri. Audiri autem à Deo ita demum merebuntur, ſi
operationes ipſæ bonis moribus, & bonis operibus adiuuentur. Sed
ante omnia cum quiete & ſilentio epibatæ, id eſt, laici in ſuis vnus-
quiſque reſideant locis, ne fortè per inquietudinem, inconditos, in-
utilesq; diſcurſus, ſi paſſim vagari cœperint, vel ab officio ſuo nau-
tas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis
preſſa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant, & ni-
hil omnino quod ad diligentiam vel diſciplinam pertinet, diacones
negligant. Presbyteri velut nautæ, aptent ſingula ad inſtructionem
nauis diligenter, & inſtruant quæ in ſuo tempore requirenda ſunt.
Epiſcopus tanquam proreta vigilanter & ſolicitè gubernatores ver-
bo cuſtodiat Chriſti. Saluator Dominus, gubernator Eccleſiæ ſuæ,
diligatur ab omnibus, & ipſius ſolius præceptis ac iuſſis credat, &
obediat omnis Eccleſia: Deo quoque indeſinenter ſupplicetur à
cunctis de proſperitate ventorum. Nauigantes omnem tribulatio-
nem, & omne periculum ſperent, tanquā immane profundū mundi
iſtius, & vitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo & eſuriendum ſit
& ſitiendum, nuditatem quoq; ferendam, morbos etiam corporis,
& ægritudines tolerandas. Inſuper & hominum inſidiis ac dolis ſæpe
laborandum, quippe qui diſpergendos ſe nonnunquam nouerint,
ſed aliquando etiam congregandos. Vomitus quoque & ſugilla-
tiones ferendas, cum ex confeſſione peccatorum, & reiectione cri-

minum

minum, velut male congregati in viſceribus, fellis, iactura facienda eſt, & abijcienda prorſus è corde omnis intrinſecus latens amaritudo peccati. ſi qua forte ex deſideriis iniquis, velut ex cibis noxiis cōgregata eſt, Quam vtique cum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo: ſi tamen poſt vomitum, quæ ad ſanitatem pertinent, ſumat. *Epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini.*

*D. Auguſtini*, tenet corpus Chriſti, id eſt, Eccleſia in torculari, id eſt, in preſſuris. Sed in torculari fructuoſa preſſura. Vua in vite preſſuram non ſentit, integra videtur: ſed nihil inde manat: mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria videtur fieri vuæ, ſed iſta iniuria ſterilis non eſt, imò ſi nulla iniuria accederet, ſterilis remaneret. *in Pſal.* 55.

*Torcularia poſſumus* accipere Eccleſias eadem ratione qua & aream intelligimus Eccleſiam. Quia ſiue in area, ſiue in torculari, nihil agitur, niſi vt fructus ab integumentis purgentur, quæ neceſſaria erant, & vt naſcerentur, & vt creſcerent, atque ad maturitatem vel meſſis, vel vindemiæ peruenirent. His ergo vel integumẽtis vel ſuſtentaculis, id eſt palis in area, frumenta & vinatiis in torcularibus exuuntur. Sicut in multudine ſeculariũ hominum, quæ ſimul cum bonis congregatur, quibus vt naſcentur, & apti fierent verbo diuino, neceſſaria erat illa multitudo, id agitur, vt ſpirituali amore per operatioem miniſtrorum Dei ſeparentur. *in Pſal.* 80.

*Arca Noë*, quæ figurã geſſit Eccleſiæ, ædificata eſt lignis quadratis. Quid eſt quadrari? Attendite ſimilitudinem: quadrati lapidis eſſe debet Chriſtianus. In omni tribulatione non cadit, & ſi impellitur, & ſi quà vertitur, non cadit. Nam quadratum lapidem quacunque verteris, ſtat. Stantem te ſic inueniat caſus. *in Pſalmo octuageſimo ſexto.*

*Nauicula*, id eſt, Eccleſia, turbatur fluctibus in profundo: ſed quia Chriſtus erat in monte, non poteſt mergi. Turbulentum mare hoc ſeculum cogitate. Vnda aſcendit ſuper nauiculam cum perſecutio venit. Sed in his tentationibus erigantur antennæ, id eſt crux Chriſti, ſimplex conuerſatio & pura confeſſio, tanquam candentia vela religentur. Et hæc vela noſtra fluctibus abluantur, veſtisque tendatur, vt ſine macula & ruga inueniatur. Quantumlibet mare ſæuiat, ventus incumbat, inter fluctus & fluctus nauis iſta turbetur: tantum non mergatur, & curret. Denique poſtquam nauis hæc ædificata eſt in Ieruſalem, atque in medio pelagi huius frementis emiſſa eſt, æſtuantium volui vndarum, & furentium flabra ventorum, dum eam huc atque illuc circumferunt, omnium gentium litoribus appulerunt, peregrinas merces, quaſcunque inueniret, aduexit. Quid enim tam peregrinum in terra noſtra, quam per pœnitentiam, remiſſio peccatorum & cœlorum regnum? *De verbis Domini in Matth. ſerm.* 14.

*Quemadmodum* ex multis granis vnus conficitur panis, & ex racemis multis vnus calix exprimitur: ſic ex multis fidelibus vnum corpus myſticum integratur. Enimuero, ſicut ex multis membris & partibus vnumquodque corpus conſiſtit: ita Eccleſiæ vnitas ex diuerſis perſonis conficitur, videlicet ex præſcitis, prædeſtinatis, vocatis, iuſtificatis, & glorificatis. Quos enim præſciuit Deus, hos & prædeſtinauit, &c. *in Ioan. tract.* 46.

*Eſt vnitas Eccleſiæ*, quæ latè patet in ſacramentorum omnium ſocietate & communione, quæ complectitur cum granis etiam paleas, quando eas corporaliter mixtas ita partitur, vt neque illas iuſti vitent, neque ab illis iuſti vitentur: ſic ſunt in Eccleſia homines mali, vt in corpore humano humores mali: qui interdum exeunt ex corpore. *De baptiſmo.*

*Sicut arca* de lignis cedrinis conſtruebatur: ita & Eccleſia de ſanctis conſtruitur. Quadratum enim in quacunque parte poſueris, fortiter ſtat: & ſancti in quibuslibet tentationibus ſtabiles permanent, non aduerſitatibus, non proſperitatibus cedunt. *Lib. Quæſtionum, quæſt.* 65. *ad Oroſium, q.* 52.

*Si aliter non meruit* pacem habere domus Dauid, niſi Abſalon filius eius in bello, quod contra patrem gerebat, fuiſſet extinctus, quamuis magna cura mandauerit ſuis, vt eum quantum poſſent, viuum ſaluumq́; ſeruarent & eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret: quid ei reſtitit, niſi perditum flere: & ſui regni pace acquiſita, ſuam mœſtitiam conſolari? ſic ergo catholica mater bellantibus aduerſus eam quid aliud quam filiis ſuis: quia vtique ex ipſa magna arbore, quæ ramorum ſuorum porrectione toto orbe diffunditur: iſte in Africa ramuſculus fractus eſt: cum eos charitate parturiat, vt redeant ad radicem, ſine qua veram vitam habere non poſſunt: ſi aliquorum perditione cæteros tam multos collegit, præſertim quia iſta non ſicut Abſalom, caſu bellico, ſed ſpontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit, & ſanat, tantorum liberatione populorum. *De correctione Donatiſtarum, ad Bonifacium, c.* 20.

*D. Hieronymi*, quomodo aquila, quæ regina eſt auium, certo tempore amittit pilos, & remanet implumis: ſic etiam Iſrael deponat omnem gloriam ſuam. *In c.* 1. *Micheæ.*

*Egreditur fons* de domo Domini, quæ interpretatu Eccleſia. De quo & Ezechiel & Zacharias ponunt in fine voluminum ſuorum, vt ſpinas noſtras & vitia atque peccata, quæ nullam frugem habuere iuſtitiæ, commutent in Domini noualia, & ariditatem noſtram rigent aquis largiſſimis, & pro ſpinis ac vepribus, flore germinemus. Et in eo loco vbi quondam fornica[illegible] nitiatus eſt Beelphegor, lilia caſtitatis, & roſæ pudo[illegible] tis exuberent. *in Ioelem, c.* 13.

¶ HIEROGLYPHICA.

*Punicum malum* tintinnabulo adiectum, cuius [illegible] bræos potiſſimum reperias, vt olim Eucherius, mox [illegible] tifex interpretatur, vnitatem Eccleſiæ & ex multis ge[illegible] dem ſonum, hoc eſt, in eadem præcepta conuen[illegible] *Pier. Val. lib.* 45. *pag.* 527.

# Edictum.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

EDICTORVM tam bonorum quam malorum [illegible] raonis, *Gen.* 12. 20. *Exodi* 1. V. 5. 16. Ieroboami, 1. *Reg.* [illegible] 28. Achab, 22. 13. Aſæ, 2. *Paral.* 15. 13. Cyri, 1. v. 2. & [illegible] 2. *Paral.* 3. v. 8. 9. Artaxerxis, 1. *Eſd*, 4. V. 21. & 7. 13. Da[illegible] *Eſth.* 1. 19. & 3. V. 13. [illegible] 13. Nabuchodonoſoris, *Dan.* [illegible] Darii, 6. V. 9. 26. Antiochi, 1. *Machab.* 1. v. 43. 44. Augu[illegible] *ca* 2. V. 1.

# Educatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL[illegible]

EDVCATIO, Græce ἀνατροφή, ῆς, ἡ, dicitur. Ven[illegible] quod modo tertiæ, modo eſt primæ coniuga[illegible] cat nutrio, proueho, vnde liberorum eductio, [illegible] citur. *Terentius in Andria: Eduxi à paruulo*, [illegible] *meo.* Nonnunquam educere eſt, extraducere, & [illegible] *lius, hoc dicens, eduxit corpore telum.* Aliquando po[illegible] re. *Virgilius*:

*—— Aramq́; ſepulchri*
*Congerere arboribus, cæloq́; educere certant.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates* dicebat, optimè natis, ingenuisque po[illegible] bendam rectam inſtitutionem. Idem enim in his v[illegible] equis, in quibus qui feroces ſunt ac generoſæ ind[illegible] primis annis rectè inſtituantur, egregii & ad omnem [illegible] modi euadunt: ſin minus, efferati, intractabiles, & [illegible] Eoque fit, vt feliciſſima quæque ingenia corrump[illegible] ſtituentium, qui mox equos vertunt in aſinos: quod [illegible] ris imperare neſciant. *Eraſ.* 3. *apoph.*

*Idem* dicebat, Muliebrem ſexum virili non minus [illegible] & ad diſciplinas, & ad omnem virtutem, etiam fort[illegible] tanquam viris propria, Græcis à viro dicitur ἀνδρεία [illegible] inſtituatur. Id collegit ex puella ſaltatricula, quæ [illegible] nium, mira arte trochos duodecim in altum pro[illegible] ita temperato altitudinis ſpatio, numerisque ped[illegible] falleret: eademque inter acutiſſimos gladios, non [illegible] ctantium, impauida ſaltaret. *ibid.*

*Idem* interrogatus etiam quam ob rem ipſe no[illegible] Rempublicam quum adminiſtrandi rationem op[illegible] ſpondit, Eum vtiliorem eſſe ciuitati, qu multos e[illegible] gubernandæ Reipub. quam qui ipſe rectè guberna[illegible]

*Idem* adhortabatur iuuenes, vt ſe ſubinde ad ſpec[illegible] terent: quod ſi eſſent egregia corporis forma, ca[illegible] indignum committerent: ſin minus, quod corpori de[illegible] nii cultu morumq́; honeſtate penſarent. Adeo vir [illegible] rapiebat occaſionem ad virtutis ſtudium adhortand[illegible]

*Anonymus* puer quidam apud Platonem educatus [illegible] trem ex interuallo rediiſſet, eumq́; vidiſſet effuſius [illegible] ratus dixit: Se tale nihil vnquam apud Platonem vid[illegible] eſt, iam inde à teneris virtuti aſſueſcere. *Eraſ. l.* 6. *ap*[illegible]

*Ariſtoteles* Stagirita aiebat, parentes qui rectè li[illegible] tuiſſent, multò honorabiliores eſſe iis qui tantum g[illegible] ab his contigiſſet viuere, ab illis bene viuere. *Laert.* [illegible]

*Ariſtippus* percontanti, quæ potiſſimum adole[illegible] diſcenda? Quæ viris, inquit, vſui futura ſunt. Ho[illegible] adſcribitur. Optima ſtatim diſcenda ſunt, nec rudi[illegible] mè docilis eſt, ſuperuacaneis eſt occupanda *Laert.* [illegible]

*Idem*, quidam cum Ariſtippo agebat, vt filium [illegible] erudiendum, ſed quum philoſophus pro mercede [illegible] gentas drachmas, ille deterritus magnitudine pret[illegible] quit, emerem mancipium. At hic, inquit, habeb[illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

[illegible] vulgi iudicium, qui nusquam parcior eſt quam recte inſti- [illegible] liberis, pluresque ſumptus impendit curandis equis quam [illegible].

[illegible] quum captus venderetur in Creta, præconi roganti [illegible], & quo titulo eum commendaret emptori? Dic, inquit, [illegible] hominem, qui ſciat imperare liberis. Quidam Xeniades [illegible] admiratus præconi nouitatem, adiit Diogenem, per- [illegible] ſciret quod profiteretur? vbi ex ſermone hominis [illegible] eſſe ſapientem ac doctum, mercatus duxit domum, eique [illegible] erudiendos tradidit, quos ille ſuſceptos liberaliter in- [illegible] primumque tradidit artes liberales, mox docuit equitare, [illegible] tendere, fundam rotare, iaculari telum. In palæſtra vero non [illegible], vt pædotriba illos grauioribus laboribus in morem [illegible] exerceret, ſed hactenus, quantum ad ruborem, bonam- [illegible] corporis valetudinem conduceret. Curauit etiam, vt ex poetis [illegible] ſcriptoribus optima quæque addiſcerent, quod ea modo [illegible] memoria tenemus. Breuiter totius philoſophiæ ſum- [illegible] redegit in compendium, quo & citius perciperent, & fi- [illegible] memoria complecterentur. Eoſdem inſtituit domi mini- [illegible] ſtrantibus, cibo leui viliſque & aquæ potu contentos eſſe: [illegible] cæteri cæſariem alant ad formæ commendationem, ille [illegible] tondere comam, & ſi quando prodeundum eſſet in pu- [illegible] incomptos producebat abſque tunicis incalceatos ac ta- [illegible] Quin & ad venatum illos inſtituebat. Lacedæmonios imi- [illegible] factum eſt, vt à pueris obſeruaretur, perque illos [illegible] commendaretur. Alij narrant, præconem Diogenis iuſſu [illegible] Eſtne quiſpiam qui velit emere dominum? *Laert.* [illegible]

[illegible] qui Lacedæmoniis leges condidit, quum conaretur [illegible] à moribus præſentibus ad temperatiorem viuendi ra- [illegible] adducere eoſque virtutis & honeſti ſtudioſos reddere) nam [illegible] corrupti delicijs) duos educauit catulos, eodem patre eadem- [illegible] progenitos: quorum alterum paſſus eſt domi lautiori- [illegible], alterum eductum venatibus exercuit. Dein quum [illegible] produxiſſet in forum apud multitudinem, poſuit illic ſpi- [illegible] & eſcas aliquas delicatiores: mox emiſit leporem, quum [illegible] aſſueta, alter ad eſcas, alter leporem inuade- [illegible] videtis, inquit, ciues, duos catulos, quum eiuſdem ſint [illegible] ob diuerſam educationem admodum diſſimiles in- [illegible], pluſque ad honeſtatem momenti habere exercita- [illegible] quam naturam? Proinde ne nobis quidem, ô ciues, no- [illegible] quam miratur vulgus hominum, ductumque ab Hercu- [illegible] profuerit, niſi ea geſſerimus, per quæ ille mortalium o- [illegible] ſimus ac generoſiſſimus extitit, ac per omnem vitam [illegible] ſunt & diſcamus & exerceamus. Reperit vir inge- [illegible] qua multitudini philoſophicis rationibus non ſatis [illegible] imaginem ob oculos poneret, magis enim mo- [illegible] penetrant in animos, quæ cernuntur, quam quæ audiun [illegible] quidem efficax eſt natura, ſed potentior eſt inſtitutio quæ [illegible] naturam corrigit, & vertit in bonam. Quales naſcantur [illegible] in manu eſt: at vt recta inſtitutione euadant boni, no- [illegible] eſt. *ex Plutarchus in Lacon. & Bruſon. libro ſecun-* [illegible]

[illegible] obiicientibus, quod eloquentiæ ſtudioſo rhetoribus daret [illegible]: Si quis, inquit, profiteatur ſe filios meos mihi reddi- [illegible] meliores, non mille drachmas, ſed omnium facultatum di- [illegible] effunderem. Plurimum ab hominum vulgo diſcrepans, [illegible] exiſtimant, quod liberis inſtituendis impenditur. *lib* 8.

[illegible], poſt Agin bello ſuperatum Antipatro poſtulanti ob- [illegible] quinquaginta: Eteocles, qui tum Ephorum agebat, [illegible]: Se pueros non daturum, ne ſi licenter vixiſſent, fierent [illegible] patriæ diſciplinæ, itaque ne ciues quidem eſſent: cæte- [illegible] mulieres ſe duplo numero daturum. Verum Anti- [illegible] minitanti, ni acciperet poſtulata, populus vna voce re- [illegible]: Si imperas acerbiora morte, facilius moriemur. Hunc [illegible] in vno alterove ciuium reperire, fortaſſe non ita ma- [illegible] eſſe videatur: in vniuerſo populo tantum eſſe con- [illegible], prodigioſum eſt. Hoc exemplo ſimul admonemur: [illegible] ſolicitudo debeatur ætati teneræ ad probitatem educan- [illegible] licenter educatos iuuenes illi non putarunt haben- [illegible] ciuibus: perinde quaſi mater abdicat filium ex ſe natum, [illegible] morum maioribus ſuis reſpondeat. *Plutarchus in* [illegible]

[illegible], cuidam dicenti admirari ſeſe quod cum eſſet auidus [illegible] non adiungeret ſibi Philophanem, ſophiſtam eo tempo- [illegible]: reſpondit prudenter, Eorum ſe velle diſcipulum eſ- [illegible] ſimul eſſet filius. Significans, non minus intereſſe quos [illegible] parentes, quam quos aſciſcas vt bonis moribus forme- [illegible]

*[illegible]*. Eum rogabat quidam, in quibus præcipue rebus pue- [illegible] deberent? Iis, inquit, rebus quibus vſuri ſunt quum ad vi- [illegible] peruenerint ætatem. Recte cenſuit, non friuolis artibus inſti- [illegible] liberos, quæ nec grandibus decori futuræ ſunt, nec ad ſeria [illegible]. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Leotychidas* interrogatus, quid potiſſimum oporteret pueros ingenuos diſcere? Quæ illis, inquit, vbi ad virilem ætatem peruenerint, vſui ſunt futura. *Plut. in Lacon.*

*Leonidas*, cum proficiſceretur in bellum contra Perſas, vxori Gorgoni roganti, ſe quid ipſi mandaret: Nihil, inquit, aliud tibi mando, quam vt nubas, & bonos filios parias. *Plutarch. in Lacon. apoph.*

*Hippomachus*, quum aliquando videret adoleſcentes, quos exercebat, è foro carnes afferentes, dicebat, ſi procul agnoſcere ſuos eſſe diſcipulos: quod inſtitutio reluceat in omnibus dictis ac factis hominis. *ex Plutarcho.*

*Anonyma.* quum mulier quodam Ionica de texto quodam ſuo vt pretioſo gloriaretur, Lacæna oſtenſis quatuor filiis quos habebat, moribus compoſitiſſimis, Huiuſmodi, inquit, decet eſſe honeſtæ probæque mulieris opera, deque his tollere animos, & gloriari. Iones operoſis texturis vacant, quæ varia picturarum habent argumenta. At Spartana docuit, nullum opus eſſe præclarius, quam ſi filios honeſtis moribus inſtituat. His enim melius ornari patriam, quam aulæis veſtibus. *Plutarch in apoph. Lacanarum.*

*Themiſtocles* quoniam adoleſcens, feroci mutabilique ingenio videbatur, mirantibus mutatos mores dicere ſolebat, Aſperos & indomitos pullos in optimos equos euadere, ſi quis illis adhibeat diſciplinam, rectamque inſtitutionem. *Plutarchus in eius Vita.*

*Anonymus*, Themiſtocli pædagogus dicere ſolebat, nihil mediocre futurus es ô puer: nam aut magnum bonum eris reipubl. aut magnum malum. Generoſa indoles, ſi accedat recta inſtitutio, magno bono eſt patriæ, ſin ad vitia degeneret, ingens adfert malum. *Plut. in Themiſtocle.*

*Demetrius Phalereus* adoleſcentum faſtuoſorum ſublimitatem dicebat in educatione amputandam eſſe: ſed relinquendam ſobrietatem. Docuit vir ſapientiſſimus, hæc ingenia non eſſe deſperanda: ſed quod redundat, in inſtitutione recidendum eſſe. *Laert. libr. 5. cap. 5.*

*Philippus.* Alexander etiamnum adoleſcens, videns patrem Philippum equum præferocem, nec vllum ſeſſorem tergo patientem, velut inutilem abiectum ire: Qualem, inquit, equum iſti perdunt, dum illo per imperitiam ac molliciem vti neſciunt? Cumque mira arte ſine verberibus tractaſſet equum, tandem conſcenſum ad dorſum admiſiſſet, tunc calcibus vſus eſt: ac molliter flexis habenis quum equum reduxiſſet, deſcendentis caput exoſculatus pater? Aliud, inquit, ô fili, tibi regnum quære, quando iam te non capit Macedonia. Præſagiit vir prudens tam excelſæ indoli non ſuffecturam paternam ditionem. Sed equus ille nos admonet, multa bene nata ingenia perire vitio inſtituentium, qui ferè neſciunt imperare niſi ex equis generoſis reddiderint aſinos. *ex Vita Alexand. apud Plut.*

*Cornelia Grachi mater*, quum Campana mulier illius hoſpitio vtens, ornamenta ſua quibus illud ſeculum nihil habebat pulchrius, ipſi oſtenderet: traxit eam ſermone, donec liberi redirent è ſchola, tum, Et hæc (inquit) ornamenta mea ſunt. Sentiens, matronæ nihil eſſe pulchrius, neque pretioſius, quam liberos recte educatos. *ex Plut.*

*Anonymus*, quidam accuſatus quod patrem pulſaſſet, hoc modo defendit impium facinus: &, ille, inquit, patrem ſuum verberauit, & hic (oſtenſo filio) me verberabit, poſteaquam adoleuerit, adeo nobis hoc gentilitium eſt. Videmus hoc fere vulgo venire, vt qualis quiſque fuerit in parentes, tales experiatur in ſe liberos. *libro 8. apoph.*

*Anonymus.* quidam quum à filio pertraheretur, ventumque eſſet ad domus limen, Deſine (inquit) fili: nam & ego patrem hucuſque. Agnouit ſe commeruiſſe, qui ſic a filio tractaretur: tantum poſtulauit, vt eſſet æqua retaliatio. *Eraſ. ibid.*

*Diogenes* reſpondebat homines, quod lucta, aliſque ludis ſemet ſedulo exercerent, nullos autem in hoc incumbere, vt probi & honeſti reddantur. *Laert. lib. 6.*

*Idem* dicebat, plurimos inſanire, præter digitum. Nam ſi quis aſſidue medium digitum intendat vice indicis, vulgo habetur inſanus: ſi quis indicem, ſanus videtur. At plurimi ſunt homines, qui grauius inſaniunt in rebus ſeriis, quam ſi digitum pro digito porrigant, & tamen hi vulgo non habentur inſani. Quemadmodum & hodie parentes in liberis pro graui peccato caſtigant, ſi læua pro ſiniſtra vtantur, atqui non itidem caſtigant eos, cum turpia pro honeſtis eligunt. *ibid.*

*Idem*, multis verbis in inertiam & inſcitiam Megarenſium, pecora ſollicite curantium, iuuentutem minime (vt quæ ibi luxu & otio difflueret) inuehebatur: dicebatque ſe Megarenſis alicuius arietem eſſe malle quam filium. *Ælian. lib. 12. de Var. hiſt.*

*Demonax.* quum Athenis quidam Romanus ſenator filium ad Demonactem adduxiſſet, eleganti forma, veſtitu delicato, ac deliciis effœminatum, diceretque. Salutat te, ô Demonax, filius meus. Pulcher eſt, inquit Demonax, & te dignus, & matri non abſimilis, vtrumque poterat dici in laudem: Nunc patrem notauit ex filii moribus, & matri ſimilem dixit mollem & euiratum deliciis. *Lib. 8. apoph.*

*Pericles.* Athenienſis dicebat, non oportere in vrbe nutriri leonem: ſi autem ſit alitus, obſequi ei conuenire. Monuit autem vt præcipuæ nobilitatis & concitari ingenii iuuenes refrenentur, nimio vero fauore ac profuſa indulgentia paſti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur, Quod ſtultum ſit & inutile, eas obtrectare vires, quas ipſe foueris. Eſt autem hoc de Alcibiade dictum, vt refert Ariſtophanes, *& Plut. in eius vita, & Val. Max. libr. cap.* 1.

*Proclus* filium habebat intemperantem, gallis gallinaceis, coturnicibus, catellis, & equis alendis indulgentem, quem pater adeo non increpabat, vt vna cum illo potius laſciuiret. Quo nomine cum ab amicis obiurgaretur, Citius, inquit, deſinet, cum ſenibus colludens, quam cum æqualibus. *Phil. in Soph. & Volat. lib.* 18. *comment.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Syracidæ.* quemadmodum equus indomitus fit ore duro: Sic filius indulgenter tractatus fit temerarius & præceps. *cap.* 10.

*Philonis Iudæi.* quemadmodum bonæ habitudinis corpora membris omnibus agilia ſecuros pædotribas faciunt, exhibendo illis vel nihil negotii, vel minimum: iidemque agricolis generoſæ plantæ per ſe proficientes in bonas arbores. Sic anima bene nata præceptis obuiam ſe offerens, à ſeipſa magis, quam à magiſtris adiuuatur, arreptisque rudimentis cuiusdam ſcientiæ, equus (iuxta prouerbium fertur in planitiem *lib. de vita Moſis.*

*Chryſoſtomi*, vt ex radice optima ſurculi prodeunt firmiores ac ſemper in meliora proficiunt: Ita ſi parentes boni bene inſtituant filios ipſos ſeruabunt. *Homil. 9. ad Hebræos.*

*Magnum depoſitum* habent parentes, filios, ſi ingenti illos ſeruent cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis aſtutus auferat. At vero nunc contra faciamus. Nam vt fundus quidem ſit optimus, cuncta molimur, eumque fideli viro, magno cum ſtudio tradimus, & agaſonem atque mulionem procuratoremque ac diſpenſatorem, qui nobis magna beneuolentia afficiatur, inquirimus: cæterum quod nobis omnium chariſſimum eſt, omnino negligimus neque curamus quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro committamus, qui ipſius tueri ac ſeruare pudicitiam poſſit. Et certe nullus fundus, nulla poſſeſſio, æque nobis gratus atque charus eſſe debet: quippe hæc omnia filiis quæruntur. Igitur maior nobis poſſeſſionum cura eſt quam eorum, quorum illæ gratia comparantur: quod profecto abſurdiſſimum eſt. Exerceamus igitur ad virtutem atque pietatem molles filiorum animos: cætera omnia ſecundo loco quæramus. Nam ſiquidem illi improbi fuerint, nihil eius pecuniæ proderunt: ſin autem probi, nihil ex paupertate lædentur. *Homil. 9. ad Hebr. & c. 10. ad Hebr.*

*Si magno* fœnore argentum tibi eſſet collatum in homine grato, nec impotenti, ſcio huius te malle literas liberis relinquere, vt ingentes inde capiant fructus, quam pecuniam, ne cogerentur alios quærere, vbi tuto queant collocare. Da igitur filiis tuis has literas. Deum ſibi debitorem relinque, hoc chirographum, quod maiores omnibus prædiis fructus reddere ſolet, relinquere filiis recuſas: magna certe id eſt dementia: præſertim cum ſcias, quia quamuis hoc filiis relictum ſit chirographum, tamen & ipſe abiens hinc, tecum portas. Talia quippe ſunt ſpiritualia, vt multis multiplicata ſatisfaciant. *Homil.* 77.

*Quemadmodum* induſtrii agricolæ primum ſemen in terram deponunt, cupreſſi, aut aliarum arborum ſimilium, deinde vbi conſpexerint è ſemine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, ſed inde reuulſam plantulam, in aliud transferunt ſolum, vt terra recens in gremio ſuo exceptam illius radicem, puram & integram vim ſuam, proferat ad nouam educationem: Ita & Anna filium præter ſpem proſeminatum in templum tranſtulit è domo, vbi ſunt perpetuæ fontium ſcatebræ, & irrigationes ſpirituales. *Homil. 8. de Anna, deque Samuelis educatione. fol.* 24.

*D Hieronymi*, vnde & tibi eſt prouidendum, ne ineptis blanditiis fœminarum, dimidiata dicere verba filia conſueſcat, & in auro atque purpura ludere, quorum alterum linguæ, alterum moribus officit, ne diſcat in tenero, quod ei poſtea dediſcendum eſt. Gracchorum eloquētiæ, multum ab infantia ſermo matris cōtuliſſe ſcribitur: Hortenſii oratio inter paternos ſinus coaluit. Difficulter eradicatur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in priſtinum candorem reuocet? Recens teſta diu & ſaporem retinet, & odorem, quo primum imbuta eſt. Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potentiſſimum regem, orbisque domitorem, & in moribus, & in inceſſu, Leonidis, pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus adhuc paruulus fuit infectus. *In Epiſtola ad Lætam.*

*Miſimus interim* te tibi, id eſt Paulo ſeni Paulum ſeniorem, in quo propter ſimpliciores quousque multum in deiiciendo ſermone laborauimus. Sed neſcio quomodo etiam ſi aqua plena ſit, tamen eundem odorem lagena ſeruat, quo dum rudis eſſet, imbuta eſt. *Ad Paulum Concordienſem.*

*D. Anſelmi*, videas hominem in vanitate ab infantia vsque ad profundam ſenectutem conuerſatum, ſola terrena ... his penitus obduratum. Cum hoc age de ſpiritualibus ... tilitate diuinæ contemplationis loquere, hunc ſecreta ... ſtia doce, & proſpicies eum nequaquam poſſe ad h... mirum: indurata eſt cera, in iſtis ætatem nutriuit, ... ſequi didicit. Econtra deſideres puerum ætate & ... nec bonum, nec malum diſcernere valentem, nec te ... gere de huiusmodi differentem. Nec quidem ... eſt cera, & quaſi liquens; nec imaginem ſigilli quo... piens. Medius horum adoleſcens & iuuenis eſt ex ... duritia quaſi ex ſenectute atque pueritia congru... ergo hunc inſtruxeris, ad quemcunque vtilitatis ... ſiue honeſtatis, apte informare valebis. *in Simil. cap.* ...

*Vidiſti quæſo* vnquam artificem ex lamina auri vel ... pecuſſionibus, imaginem ſpecioſam formaſſe? ... tunc? quatenus aptam formam ex lumina formet, ... inſtrumento leuiter promit, & percutit, & poſtmodum ... etiam deſerere, leuamine leuius leuat & informat. Sic ... ros veſtros cupitis moribus ornatos eſſe, neceſſe eſt ... ſionibus verborum impendatis eis paternæ pietatis ... nis leuamen atque ſubſidium. Tenera quidem tenera ... teneri ſunt, lac ſcilicet, non ſolidum cibum præbentes ... ad perfectam ætatem prouectis. *in ſimilib. cap.* 178.

*Lactantiij*, ſicut in ſentes ager, qui eſt natura fœcu... rat: Sic animus incultus vitiis ſua ſponte inualeſcentibus ... obducitur. Sed cum verus cultor acceſſerit, ſtatim ced... fruges virtutis oriuntur. *l. 6. c. 15. de vero cultu.*

*Iſtæ concitationes* animorum iuncto currui ſimiles ... recte moderando ſummum rectoris officium eſt, ... quam ſi tenebit, licet quam concitate ierit, non ... tem errauerit, licet placide ac leuiter eat, aut per ... bitur, aut per præcipitia labetur, aut certe quo non ... tur: Sic rurſus ille vitæ, qui affectibus velut equis ... citur, ſi rectam viam teneat, fungetur officio. *lib. 6. ... cultu.*

*Plutarchi.* nulla fere eſt arbor, quæ non ſterileſcat ... ſi cultura deſit. Ita nullum tam felix ingenium, quod ... citra rectam educationem. *in moral.*

*Nullus equus* recte ſeſſori paret, niſi arte domitus ... ingenium non ferox, niſi præceptis cicuretur, & educa... *dem.*

*Qui equos* recte alunt, eos docent parere freno ... volet inſtituere, primum aſſuefaciat vt dicto ſint ... *dem.*

*Nulla tam* fera bellua, quæ non manſueſcat cura ... tam agreſte ingenium, quod inſtitutione non miteſcat ...

*Vt multa* agreſtia ſubnaſcentia in agro, mala quidem ... ſed tamen ſigna felicis atque vberis ſoli, ſi quis excol... affectus per ſe mali arguunt ingenium non malum, ſi ... inſtitutio. *ibid.*

*Vt molli* materiæ facile ſigillum imprimitur, ... item: Ita puerorum ingenia facile quamuis recipiunt ... ætate dureſcant, non item. *ibid.*

*Fruſtra* ſuber appenditur retibus, vt natent, niſi ... nexum deorſum trahat: & in æquo teneat: Ita fruſtra ... ne viuendi inſtituitur, ſi malitia addita non ſinit ... re. *ibid.*

*Vt plures* vrbes præternauigaſſe pulchrum eſt, ſed ... incolere optimam: Ita quam plurima ſunt cognoſcenda, ... retinendaque optima. *ibid.*

*Vt ager*, ſi non colatur, non ſolum infrugiferus ... etiam multa ſyluestria producit: Ita adoleſcens ... præceptis honeſtis exerceatur, non ſolum non euadet ... multa vitia deflectetur. *ibid.*

*Vt agricolæ* vallos apponunt arbuſculis, quo recte ... qui inſtituit, addit monita & præcepta ingenuis ſalubria, ... cent in vitia. *ibid.*

*Ciceronis*, vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui colun... mi non omnes culti fructum ferunt. *Lib. 2. Tuſc. quæſt.*

*Seneca.* ſi agricolam arbor ad fructum producta de... ex fœtu gregis ſui capit voluptatem, ſi alumnum ſuum ... intuetur, quam vt adoleſcentiam illius ſuam iudicet: ... credis his, qui ingenia educauerunt, & quæ tenera ... adulta ſubito vident? *Lib. 2. epiſt.* 34.

*Politiani.* quemadmodum agricola vehementer ... roſos fœtus ex arbore ipſa legens, quam ſuis quondam ... ſeuerat, ac diu multa cura produxerat: Ita præceptores ... tes potiſſimum cum illorum fructus, induſtriam, ... neſtatem intuentur eorum, quorum ingenia atque ... ma iuuentute fœliciter formauerunt. *Lib. 6. epiſtolarum ad Franciſcum Puccium.*

*Vt Rami & ſurculi* praui, tortuoſique natura, ... redigi ad rigorem ſuum poſſunt, quamvis manu ... molliantur, ſed ad naturalem illam ſtatim prauitatem ... Sic ii qui parum nati honeſte, parum educati inge...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...humum ſpectant: hoc eſt, viliſſima quædam miniſteria ad-... nec in ſublime animos attollunt, nec recti vnquam, nec libe-... *Lamia.*

*Quemadmodum* vberi in ſolo, cui nondum manus agricolæ ac-... annaſcuntur, & ſentes: Ita ſæpe generoſo animo, niſi e-... ingenua acceſſerit, vitia virtutibus admixta pullulant. *De*

*Quemadmodum* agricolæ noxias frugibus plantas herbasq; con-... atque extirpare ſolent, quod fœcundi ſoli ingenium ex illis ... euenerint: Ita profecto parentes ac magiſtros nihilo magis ... adhuc adoleſcentum vitiis indulgere oportet, quod ea opti-... ingenuæque naturæ documenta præbuerint. Principiis enim ... & quæ eminent, retundenda ſunt, antequam ad matu-... reduant. *ibid.*

*...Sadoleti,* nemo inſtitui recte poteſt adoleſcens, qui nequi-... educatus puer. Nam vt radix indolem ingeniumq; arbo-... bene moratam & compoſitam adoleſcentiam pueritia ipſa ... *Libro De recte inſtituendis liberis.*

*Quemadmodum* in ſtirpibus, ſic in hominum animis, quamdiu ... ſunt, atque tractabiles; quæuis facile inducitur forma: ... poſtea vſu & die callum obduxerit, fit prope immutabilis.

... ipſum, aut argilla, dum eſt vda, in quamuis imaginem ... ſequitur fingentis manum: Ita rudes animi ad omnem diſci-... *lib.36.c.24.*

*...oculos ſago,* leo ſine vllo negocio capitur, alioqui inex-... facillimum eſt, potentiſſimum etiam domare, modo ... illius ingenium. *l.8.c.16.*

*...informes* gignit catulos, eos lambendo format: Ita ru-... fœtum diutina cura expoliri conuenit. *Libro octauo* ...

*...pullus* vbi adoleuerit cum ſit nothus, tamen legitimos ... atque matrem ipſam: Ita quidam magna indulgentia, ... amore quorundam educati, ſubuertunt eos. *Libro* 10. ...

... re molleſcit, ad ictus ferri alias indomitus: Ita nul-... ingenium tam ferum, quod non aliqua ratione queat expu-... *l.17.c.4.*

*...per ſe* infrugifera, tamen inſitione diſcit ferre fructus: Ita ... ingenium inſtitutione ad bonam frugem poteſt permuta-... *l.17.c.4.*

*...Græcum* quo tractatur peius, hoc prouenit melius: Ita ... quam, quanto habueris indulgentius, tanto minus valent: ... vero & vexati, euadunt in viros. *l.18.c.16.*

... ſtatim vtendum, quod celerrime ſiccetur. Ita ſta-... fingenda literis ac moribus ætas rudis, priusquam durior non ... fingentis manum. *l.8.c.24.*

## ¶ Exempla Biblica.

...cationis & eruditionis liberorum exempla: Noe, *Gen.9.23.* ... eius familia honeſte educata, & bonis moribus prædita, id-... liberata. *Gen.19.16.* Iacob, 37.10. & 42. v.1.2. Heli, *1.Sam. 2. v.* ... Dauid, *1.Reg.2.23.1.Par.28.9.* Tobias ſenior, *Tob.4.v.3.4.5.6.7.* ... Parentes Saræ vxoris Tobiæ iunioris, *Tob.10. v.11 12.* ... Parentes Suſannæ, *Dan.13. ver 2. 3.* Mathathias, 1. ... v.64.5.6. Mater ſeptem liberorum, *2. Mach.7.v.27.28.* Pa-... Ieſu, *Luc.2.v.4.41.42.43.* Huc pertinet & educatio Moſis, *Act.* ... Timotheus, *2.Tim 1.5. & v. 15.1.* Fœmina illa electa, cui Ioan-... ſecundam ſuam Epiſtolam inſcripſit, *Ioan. 2.v.4.*

## ¶ Fabvlae.

### Canes.

... erant canes duo, is horum alterum ad venationes aſſue-... alterum ad cuſtodiam domus. Si quid autem prædæ partum ... venatici allatum forte eſſet, particeps fiebat illius & domeſti-... ferebat id moleſte venaticus, & conuitia ignauiæ & deſidiæ fa-... domeſtico, querebaturque de ſuis illum defatigationibus & ... bene victitare. Cui domeſticus reſpondit, non ſe accuſan-... eſſe, ſed dominum, à quo non labores, ſed aliorum labore que-... edoctus eſſet.

... fabula, imperitæ adoleſcentiæ ſuſtinere parentes culpam, ... non curarint recte illos educandos.

### Culex & Apes.

... frigore & inſuper fame laborans culex, ab apibus petiit, ... ipſarum aluearia recepto ſibi vt cibum impertirent, ob quod ... ſe illorum filios canendi artem edocturum eſſe polliceba-... Tum vna de examine: Nihil, inquit, tua eſt arte opus liberis no-... quia nobis multo meliorem & magis ſalutarem diſcere pote-...

... fabula, ita inſtituendos liberos, & eiuſmodi artibus in-... vt ſua opera ipſi victum ſibi quærere ſciant.

*Vide diſciplina, Doctrina, Inſtitutio.*

# Electio.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

ELECTIO, Græce αἵρεσις, ιος, ἡ, & αἱρετίζω, eligo dicitur. Eſt autem electio appetitus conſiliatiuus eorum, quorum in nobis eſt & operari, & non operari, & ita operari, & non operari, & eorum in quibus eſt propter quod non tamen vnum, & determinatum, vt in Geometria. *ſec. Ariſt. lib. Mag. Moralium.*

Electio eſt conſulta affectatio eorum, quæ in nobis ſunt. *ſec. Ariſtot. l.3. Ethic.*

Electio eſt quid voluntarium, cuius conſultatio anteceſſit. *ſecun. Ariſt. ibid.*

Electio etiam eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem, ſeruata forma canonica, facta vocatio, *ſecundum Hoſt.* Venitque a lego. Vnde etiam deligo eiuſdem ſignificationis, & delectus, vt, delectus militum. Sunt tamen qui velint eligere, & diligere ita differre, quod eligere ſit magis idoneum ad rem gerendam ſecernere: Deligere vero ad noſtrum emolumentum, vel illius, qui eligitur, dignitatem. Vt imperator delegit milites ad rem gerendam idoneos. Et colonus delegit taurum procreandæ ſoboli, vel agriculturæ meliorem. Vnde dicimus agere, vel habere delectum. Sunt qui ab eligo elegantem dictum velint, hoc eſt, cultum, ornatum, politum, vnde elegia, id eſt, cultus & ornatus. Hinc etiam eligibilis, de quo infra.

Electio variè accipitur in S. Scripturis: Nam

1. Electus in præſenti vita dicitur, qui à Deo vel immediatè ad functionem publicam, politicam, vel Eccleſiaſticam, vocatur.
2. Electus ad participationem fœderis gratiæ, nempe Iudæi, deinde Gentiles Chriſtiani.
3. Electus ad vitam æternam nempe, quicunque eſt membrum Chriſti.
4. Electus dicitur Chriſtus mediator, nempe quatenus à Patre conſtitutus eſt Eccleſiæ rex, doctor, ſacerdos, ſeruator.
5. Electus homo ab homine, variis de cauſis, & ad multiplices rerum vſus vel abuſus.
6. Electus, id eſt, præſtans, fortis, eximius.
7. Electus locus à Deo, vt tabernaculi ſedes, ciuitas Ieroſolymitana, templum.
8. Electi angeli, 1. Tim.5.21.

Electio Dei, hominis, rerum, diſtinctiones ſuas requirit: quas niſi quis adhibeat, in errorum Labyrinthos irremeabiles incidat neceſſe eſt. Electionis æternæ conſideratio aliud opus requirit. In Electione humana, quid natura amiſerit, quid gratia velit & poſſit, quid gloriæ reſeruetur, lector expedat.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

Habetis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum, *Luc.10.*

Propono in conſpectu veſtro benedictionem & maledictionem: benedictionem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis: maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via, quam ego nunc oſtendo vobis, & ambulaueritis poſt deos alienos, quos ignoratis. *Deut.11.*

Propoſui in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum, 30.

Propoſui vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem: elige ergo vitam, vt & tu viuas & ſemen tuum. *ibid.*

Dabis ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. *3.Reg.3.*

Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, *Pſal.83.*

Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manũ tuam. *Eccl.15.*

Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. *ibid.*

Væ! qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum in dulce, & dulce in amarum *Eſai 5.*

Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. *Ier.15.*

Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. 21.

Inter ſanctum & profanum non habent diſtantiam: inter pollutum & mundum non intellexerunt, *Ezech.22.*

Quærite bonum & malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiſcum. *Amos 5.*

Elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. *Matthæi 15.*

Hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in omni ſcientia & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum. *Phil.1.*

Omnia probate, quod bonum eſt, tenete. 1. *Theſſ.5.*

¶ Patrvm Sententiæ.

Quis ferat, ſi quis diuitem eligat ad ſedem honoris eccleſiæ contempto paupere inſtructiore & ſanctiore? *Amb. in Iac. 1.*

Ad epiſcopalem dignitatem eligi non debuit, qui minora officia gubernare non didicit: quia cura nauis illi committi non debuit, qui remum tenere non nouit. *Aug. in ſer.*

Hæc pax domeſtica, & cohabitantium ordinata à Deo concordia, & clara iuſtitia, vt ſcilicet, qui excellunt ratione, excellant dominatione. *in lib. ſent.*

Deus non eligit dignos, ſed dignos eligendo facit. *Lib. 5. cont. Iul.*

Non ſtatim multitudinis acquieſcamus iudicio, ſed electi in principatum nouerimus miſeriam noſtram, & humiliemur ſub potenti manu Dei, quia Dominus ſuperbis reſiſtens humilibus dat gratiam. Quanti panes non habentes & veſtimentum, cum ipſi eſuriant, & nudi ſint, nec habeant ſpirituales cibos, neque Chriſti tunicam integram ſeruauerunt: aliis alimoniam veſtimentumque promittunt, & pleni vulneribus medicos eſſe ſe iactant? *Hier. ſup. Eſa. 5 lib.*

Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis neq; veſtimentum: nolite me conſtituere principem. Sicut in ordinationibus malorum, princeps eſt peccatorum, qui tales conſtituit: ſic in ordinatione ſanctorum, princeps eſt eorum iuſtitiæ, qui bonis eligit. *ſup. Eſa. lib. 12.*

Moyſes amicus Dei cui facie ad faciem Dominus locutus eſt, potuit vtique ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinqeure dignitatem ſed extraneus de alia tribu eligitur Ieſus, vt ſciremus principatum in populos non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ. At cernimus nunc plurimos hominum beneficium facere, vt non quærant eos, qui poſſunt in eccleſia plus prodeſſe, in eccleſia erigere columnas, ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quiſquam rogauerit: & (vt deteriora taceam) cui vt clerici fierent muneribus impetrarunt, vt conſtituantur per ciuitates. *idem Hieronymus vt ref. 8. quibus Moy.*

Quæritur cur non Ioannes virgo electus eſt, vt eſſet caput eccleſiæ? reſpondeo, ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens pene puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur. *Contra Iouinian.*

Res pene contra naturam eſt, vt ſine peccato aliquis ſit: ſed talis eligatur, cuius comparatione, cæteri grex dicantur. *in epiſtol. ad Ocean.*

Conquerebatur ſe ferre non poſſe, & iuuenilem ætatem incongruam ſacerdotio cauſabatur: ſed quanto plus repugnabat, tanto magis omnium in ſe ſtudia concitabat, & merebatur negando, quod eſſe nolebat, eo quod dignior erat, quo ſe clamabat indignũ. *ad Heliodorum.*

Si in quibuslibet eccleſiæ gradibus, prouide omnis gradus conſtituitur, non erratur. Nam totus familiæ Domini ſtatus & ordo mutabitur, ſi quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite. *Leo Papa in quodam ſer & ponitur 61. diſt.*

Sicut boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo ſacerdote iudicium: ita graui ſemetipſum afficit damnatione, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum. *ibid.*

Valde iniquum & abſurdum, vt imperiti magiſtris, noui antiquis, rudes præferantur eruditis. *ibid.*

Requiritur in ordinando ſacerdote, & præſentia populi, vt ſciant omnes, & certi ſunt, quia qui ex omni populo eſt præſtantior, qui doctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotiũ, & hoc adſtante populo, ne aliqua poſtmodum retractio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideat. *Orig. ſup. Laert.*

Diſcant electorum Principes ſucceſſores ſibi non eos qui conſanguinitate generis iuncti ſunt, neq; qui carnis propinquitate ſociantur, teſtamenta ſignare, neque hæreditarium tradere Eccleſiæ principatum, ſed referre ad iudicium Dei, & non negligere illum, quem humanus affectus commendat, ſed totum Dei iudicio de ſucceſſionis electione permittere. *ſup. Num.*

Nulla hæc populi acclamatio, nulla propinquitatis acclamatio, propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas: gubernatio autem populi illi tradatur, quem Deus eligit, qui ſcilicet in ſe habet ſpiritum Dei, id eſt, in quo ſit charitas legis & ſcientiæ, vt poſſint eum audire filii Iſrael. *ibid.*

Neceſſe eſt prudentiſſimum eligere, qui poſſit contra ſubtiliſſimos diſputare, & in conuentu doctorum ſic agere, ne ſuſceptam cauſam tot erudita poſſunt ingenia ſuperare. Magna res eſt contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui ſe putant omnia prouidere. *Caſſ. l. 1. epiſt.*

Neceſſarium probatur eſſe reipublicæ, perſonas dignitatibus aptas eligere, vt cui iuſtitia committitur, malis moribus non grauetur: alioquin inefficax eſt ab homine exigere, quod agnoſcitur non habere: & confidenter quæritur, quod ineſſe ſentitur. *Lib. 3.*

Ligna ſyluarum non oliuam, non ficum, non vitem, ſed rhamnũ ſibi elegerunt in regem, & egreſſus eſt ignis de rhamno & deuorauit cedros Libani. *Pet. Rau. in quadam epiſt.*

¶ Philosophicæ Sentent[...]

Electio appetitio ſit neceſſe eſt eorum, quæ in [...]
te, cum antegreſſa eſt deliberatio. *l. 3. Ethic. c. 3. Ariſt.*

Electio eſt illa quidem voluntaria: ſed non idem [...]
rium. *l. 3. Ethic. c. 2.*

Electio in iis conſiſtit, quæ ſub actionem cadunt [...]
quæ eſt in nobis poſitum agere & non agere, item [...]
denique in quibus ſumere eſt, propter quid. *Libro* [...]
*cap. 17.*

Belluæ & pueri conſilii non ſunt participes, nec [...]
*Ethic. c. 2.*

Conſilio contraria cupiditas eſt: cupiditas cupid[...]
*ibidem.*

Inſtitutum ac conſilium non eſt eorum, quæ fieri [...]
ſi quis hæc ſe eligere dicat, inſanus eſſe videatur. *ibid.*

Omnino iis in rebus verſatur conſilium, quæ ſunt [...]
teſtate. *ibid.*

Ex bonorum & malorum electione tales, hoc eſt [...]
dicimur. *ibid.*

Inſtitutum laudatur quod ſit eius rei quæ mag[...]
vel quod rectum ſit. Atqui ea deligimus, quæ ſcimus [...]
*dem.*

Ex genere voluntariorum eſt: nec tamen quicquid [...]
eſt, id omne etiam deligendum: ſed cum antegreſſa [...]
*ibidem.*

Eſt actionis omnis principium electio, vt ex quo [...]
non vt finis & extremum. Eligendi autem principium [...]
ne petendum eſt: eaque ratione quæ ad finem pertinet [...]
*2. & l. 1. Magn. Mor. c. 1.*

Bonum conſilium quiddam eſt rectum, non ſcien[...]
nec opinionis: quoniam in ſcientia non ſpectatur [...]
ne peccatum quidem: & opinionis quod rectum eſt [...]
ritas. *l. 6. Ethic. c. 9.*

Delectum quidem & electionem virtus rectam eff[...]
tem illius cauſa effici ſolet, hoc iam in virtute non eſt [...]
poſitum. *l. 6. Ethic. c. 12.*

Quæ ſponte facimus, non omnia eligimus: quæ [...]
mus, omnia cognoſcimus. Nemo enim ignorat quæ [...]
*ad Theodect. c. 19.*

Non mihi quidem recte dicere videntur ii, qui [...]
electionem vel cupiditatem aiunt eſſe, vel iram, vel [...]
quandam opinionem. *l. 3. Ethic. c. 2.*

Illud quidem apparet inſtitutum & conſilium e [...]
tariorum eſſe: nec tamen quicquid voluntarium eſt [...]
deligendum eſt: ſed cum antegreſſa eſt deliberatio [...]
ne & mente coniunctum omne conſilium eſt: id quod [...]
men ſignificat, dictum eſt enim προαίρετον quaſi πρὸ [...]
*ibid.*

Quod eligendum eſt, id bonum eſt: quod potius e[...]
id etiam maius bonum. *l. 5. Ethic. c. 3.*

Non omne quod ratione tractatur ſub electionem [...]
demum quod rerum agendarum extremum eſt. *l. de m*[...]
*tium c. 4.*

Sine ratione conſtare bonum conſilium non poteſt [...]
*cap. 6.*

¶ Apophthegmata.

*Ariſtippus* quum Dionyſius tres venuſtas puellas [...]
monens vt ex his quam vellet eligeret, omnes appre[...]
Ne Paridi quidem fuiſſe tutum, vnam cæteris præf[...]
deduxit ad aulæ veſtibulum, dimiſitque: non minus [...]
nendo facilis, quam in amplectendo. *Laert. lib. 1. cap.* [...]
*2. cap. 31.*

*M. Cato* Hiſpaniam ſortitus, cum hoſtium audiſſet [...]
eſſe ad bellum paratam, ob idque decreuiſſet Celtib[...]
vti, petentibus illis ducenta talenta ſubſidii gratia, [...]
aliis conditionem, dicentibus, Turpe eſſe populo Rom[...]
cede conducere: vrbane ſciteque Cato, non eſſe gra[...]
nam ſi viciſſent, hoſtium manubiis ſe ſatisfacturum [...]
ſent, nec eos qui peterent, nec à quibus repeti deberet [...]
fore. *Bruſ. l. 2. c. 31.*

*Ariſtoteles* quum iam natus annos fere ſexaginta [...]
laboraret, vt admodum tenuis vitæ ſpes ſupereſſet, [...]
runt ad illum diſcipuli rogantes vt ex ipſis aliquem de[...]
in locum eius ſuccederet. Inter auditores erant duo [...]
Theophraſtus, Lesbius & Menedemus Rhodius. [...]
ſpondit, ſe quod petebatur facturum, vbi daretur [...]
tas. Paulo poſt, quum rurſus ad eum eadem de cauſa [...]
ſent, dixit, vnum quod biberet ſibi parum eſſe com[...]
quæri iuſſit exoticum, vel Rhodium, vel Lesbium. [...]
que curatum eſt, guſtato Rhodio dixit: Firmum hercle [...]
iucundum. Mox guſtato Lesbio: Vtrumque, inquit, [...]
bonum, ſed Lesbium ſuauius eſt. Id vbi dixit, nulli dub[...]

ſide ſimul & verecunde ſucceſſorem ea voce, non vinum de-
probauit vtrumque, nec tamen auditoribus eligendi ius
Laert. l.5.c.1.
der Lacedæmonius quum aliquando Dionyſius ipſi miſiſ-
duas, iubeat vt vtram elegiſſet, eam mitteret filiæ: Ipſa, in-
lius eliget. Atque accepit ambas & abiit. In hoc exemplo
imitandum, nec vno Lacedæmonio dignum, nec aliud ab
expectandum fere, præter malitioſam ingenii vafriciem.
Lacon. apoph.

Æmilianus. quum Seruius Sulpitius Galba & Aurelius
in ſenatu contenderent, vter aduerſus Viriatum in Hiſpa-
mitteretur: ac magna inter P. C. diſſenſio eſſet, omnibus
eius ſententia inclinaret expectantibus. Neutrum, inquit,
mihi placet. alter enim nihil habet: alteri autem etiam quod
nequaquam ſatis eſt. Æque malam imperii magiſtram iudi-
paupertatem, atq; inſatiabilem habendi cupiditatem. Quo di-
euenit, vt neuter in prouinciam mitteretur. *Valer. Maximus*

C. *Fabricius*. Cornelius Ruffinus, vir rapax & auarus, cæterum in
animo ingens, manuque promptus, quum bellum immine-
conſulatu obtinendo C. Fabricii opera adiutus eſt, qui ob pra-
men vitam Ruffino ſemper infenſus fuerat: verum eo tem-
ob belli ſuſpicionem, cum ignauos deſidesq; ipſius competi-
valeret, ſententiam mutauerat. Quam ob rem Ruffinus mira-
cum Fabricio impenſe gratias egiſſet, Fabricius dixiſſe fertur:
mirari Ruffine, rapinis enim imminui malo, quam vendi. Quo
Ruffini rapacitatem & competitorum pernicioſam
Oſtenditque ſatius ſe ducere, auaro conſule, eodemque
homine, & in rebus agendis idoneo rapinis vexari: quam iis
euectis, qui per ignauiam rempub. prodituri eſſent,
ab hoſte venundari. Ex duobus enim his malis optimum
erat. *Fulg. l.6.c.2.*

## ¶ Biblica Exempla.

ſis ad diuerſa munia obeunda, exempla: Iudices, à Moſe
*Exod.* 18. v. 24, 25, Duodecim millia ex Tribubus. *Num.* 31, *v.* 3,
v. 16. 17. *Ioſ.* 1, *v.* 1, 2, *Iud.* 1, 1. Gedeon, 8, 22. Iephte, 11, v. 8, 21,
9. 2. & 10, 21, Dauid, 16, *v.* 1. 2, 12, 2, *Sam.* 2, *v.* 1, 2, 3, 4, *Pſal.* 78.
Salomon, 1. *Reg.* 1, v. 38, 39, 1, *Parai.* 29, 1, Ieroboam, 1, *Reg.* 12, *v.*
1. *Macc.* 9, *v.* 28, 29, 30, duodecim Apoſtoli, *Luc.* 6, *v.* 13,
*Ioan.* 6, 70, Matthias, *Act.* 1, *v.* 23, 24, 25, 26, ſeptem Diaconi, 6.
& Barnabas, 13, 2.

## ¶ Exempla Profana.

*Stephani IV.* locum abſque conſenſu Imp. ſurrogatus
veniam deprecaturus, Ludouicum Pium Imp. adiit.
reuerenter per Bernardum Longobardorum regem & A-
antiſtitem excepit: ac agnita culpa, dataq; fide, ne poſt-
Imperialis læderetur auctoritas, Romam remiſit. *Cuſpinian.*
IX. ab Henrico III. pontifex creatus Romanus, ius eligen-
imperatore exploſo, reſtituit: in pauperes liberaliſſi-
*Theat. Zuuing.*
Mortuo *Alexandro ſecundo, Scotorum rege*, cum Alexander fi-
lius ſucceſſurus eſſet, magna inter Nobiles diſceptatio orta eſt, aliis
ſydera, quæ plurimum illis obſeruare mos eſt, aduerſa regi creando
eſſe dicentibus; aliis nondum equitem auratum factum eſſe ac pro-
pterea à regni gubernaculis prohiberi. At niſi contemtis iſtiusmo-
di ſuperſtitionibus comes Fifenſis Sconæ fatali lapidi admotum
puerum, more maiorum inunctum coronaſſet: profecto dilatandis
comitiis haud dubie res in ſummum euaſiſſent diſcrimen. *H. Boe.
lib.* 13.

*Gregorius V. Pontifex Rom.* vndecimo ſui exilii menſe priſtinæ
dignitati per Imperatorem reſtitutus, ſuam patriam inſigni aliqua
dignitate ornaturus ſanxit, vt penes ſolos Germanos eligendi Re-
gem eſſet ius ac poteſtas, qui poſt diadema à Romano Pontifice ac-
ceptum, Imperator & Auguſtus appellaretur. Suntque Electores
conſtituti Moguntinus, Treuirenſis, & Colonienſis archiepiſcopi:
Marchio Brandeburgenſis, Comes Palatinus Rheni, Saxoniæ dux:
& rex Bohemiæ qui paribus ſuffragiis Electorum exiſtentibus li-
tem inter eos dirimat. Hanc conſtitutionem Imperator & probauit
& ſua auctoritate ratam haberi voluit, *Naucler. generat.* 34. *Bonfin.
l.* 10. *Decad.* 1. *rer. Vng. Cuſpin. in Otton.*

*Nicolaus II.* circiter annum ſalutis 1059. concilio celebrato Pon-
tificum electionem ad Cardinales reduxit, idque hodie ſeruatur:
ſed ea electio tam à reliquis ſacerdotibus, quam à populo Romano
comprobanda erat, poteratq; optari qui etiam non fuiſſet è Cardi-
nalium collegio. At vtrumque breui poſt tempore pene eſt anti-
quatum. Nunc enim Cardinales & ſine populi ſacerdotumq; con-
ſenſu, & Cardinalem tantum faciunt Pontificem Romanum, quam-
vis nulla lege exceptum ſit, quin iure queant cuiusvis ordinis vi-
rum Pontificem creare. *Polyd. Verg. de inuent.*

*In primis Eccleſiis* rara habebatur epiſcopi per mortem deceden-
tis electio eius quemcunque ſucceſſorem dignum iudicaſſet. Sic
enim Athanaſius moriturus Petrum ſibi ſucceſſorem deſignauit,
quod ratum & firmum habuit tum Sacerdotalis ordo, tum magi-
ſtratus & populus. *Theodoret. l.* 4. *c* 20.

*In Europæis Eccleſiis* ad electionem Epiſcopi conſenſus multitu-
dinis accedebat quemadmodum in hiſtoria Ambroſii Mediolani
conſtat. *apud Socrat. l.* 4. *c.* 30.

---

# Eleemoſyna.

## ¶ Definitio: et Etymolog.

Eleemosyna, Græca dictio eſt, ἐλεημοσύνη, ης, ἡ, ἐλεήμων, ονος, ὁ, ἡ, miſericors dicitur. Eſt autem eleemoſyna opus, in quo datur aliquid indigenti, ex compaſſione, propter Deum. *ſecund. theologos.* 4. *Sent. diſt.* 15. & *B. Thom. ſecunda Secundæ. q.* 32. *art.* 1. Dicitur ab ἔλεος, ἔεος, τὸ, quod eſt miſericordia.

Eleemoſynam non vno humanitatis vel libetalitatis genere metiri licet: quodcunque enim charitatis officium in alterum præſtatur, id Eleemoſyna eſt. *Polyd. Virgilius de Inuent. libro* 6. *cap.* 3.

## ¶ Diviſio.

- *Ex parte animæ cui ſubuenitur*
  - *Poſcendo auxilium à Deo in his quæ per ſeipſum non poteſt: quod fit orando.* — *Oratio pro aliis.*
  - *Impendendo auxilium per ſeipſum contra tres defectus, ſcilicet*
    - *Ignorantiæ*
      - *Intellectus ſpeculatiui ſubuenitur docendo neſcientes: & eſt* — *Doctrina.*
      - *Intellectus practici, cui ſubuenitur conſulendo ignorantibus, & eſt* — *Conſilium.*
    - *Paſſionis appetitiuæ virtutis, inter quos maximus eſt Triſtitia, cui ſubuenitur conſolando, & eſt* — *Conſolatio.*
    - *Inordinati actus, qui triplex eſt:*
      - *Peccatum commiſſum in Deum per inordinatum actum voluntatis, cui ſubuenitur corrigendo & caſtigando & eſt* — *Correctio fraterna, vel Caſtigatio.*
      - *Peccatum commiſſum in nos, cui ſubuenitur remittendo iniuriam. & eſt* — *Remiſſio iniuriarum.*
      - *Oneroſa conuerſatio propter infirmitatem vel aliam quamvis cauſam, cui ſubuenitur ſupportando, & eſt* — *Tolerantia.*
- *Ex parte corporis.*
  - *In vita*
    - *Communis*
      - *Interior*
        - *Defectus alimentorum, cui ſubuenitur per cibationem & potum, & eſt* — *Cibatio. Potatio.*
      - *Exterior*
        - *Nuditas, cui ſubuenitur tegmento, & eſt* — *Veſtitio.*
        - *Defectus habitationis, cui ſubuenitur colligendo, & eſt* — *Hoſpitatio.*
    - *Spiritualis ex cauſa*
      - *Intrinſeca*
        - *Infirmitas, cui ſubuenitur ſubueniendo infirmus, & eſt* — *Viſitatio infirmorum.*
      - *Extrinſeca*
        - *Captiuitas, vel in carcere detentio, & eſt* — *Captiuorum redemptio.*
  - *Poſt vitam* — *Sepultura.*

### ¶ Biblici Loci.

Eleemoſyna, ſpecіatim ſtipem quæ pauperibus erogatur, ſignificat: Generaliter vero omne genus beneficii, quod in miſeros confertur, atque adeo omnia charitatis officia complectitur, *Matth.*6.2.alias dicitur Miſeratio.9.13.

Eleemoſyna in pauperes eroganda commendatur, *Exod.*22.25. & 23.11. *Leu.*19.10. & 23.22. & 25.39. *Deut.*15. *v.*7.10. & 24.19.1.*Reg.*17.10.2.*Eſdr.*1.10.*Tob.*1.3. & 4.*v.*7.17. & 12.9. & 14.11.*Eſth.*9.21.*Pſal.*41.1. & 82.4. & 112.9.*Prou.*2.14. & 3.*v.*9.28. & 11.18.25. & 14.*v.*21.31. & 18.17. & 17.*v.*13.21. & 22.9. & 28.27. & 31.20. *Eccl.*4.*v.*1.2. & 7.35. & 12.3. & 14.11. & c. & 29.12. & 35.4.*Eſa.*58.7.*Ezech.*16.49. & 18.7.*Dan.*4.24.*Matth.*6.*v.*3.10.42. & 19.21. & 25.*v.*35.42.*Luc.*3.11. & 6.35. & 11.41. & 12.33. & 14.13. & 16.*v.*9.21. & 19.8 & 21.1.*Act.*2.42. & 6.2. & 9.59. & 10.2. & 11.29. & 20.35.*Rom.*12.*v.*8.15.26.1.*Cor.*16.1. & c. 2. *Cor.* 8.*v.*4.15. & 9.1. & c. *Epheſ.*4.28.*Hebr.*13.16.*Iac.*2.5.1.*Ioan.*3.17. *Vide Miſericordia & Beneficentia.* Eleemoſyna quomodo eroganda, *Matth.*6.*v.*2.3.ſementi confertur, 2.*Cor.*9.6.*Gal.*6.7. eſt ſacrificium Deo gratum. *Phil.*4.18.*Heb.*13.16.

### ¶ Sententiae Biblicae.

Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas da pauperi. *Eccl.*4.

Rogationem contribulati ne abiicias, & non auertas faciem tuã ab egeno *Eccl.*4.

Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram. *ibid.*

Maledicentis tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem eum, qui fecit illum. *ibid.*

Congregationi pauperum, affabilem te facito. *ibid.*

Quare non dediſti pecuniam meam ad vſuram? (pauperibus) *Luc.*19.

Beatius eſt dare, quam accipere. *Act.*20.

Bonum autem facientes non deficiamus. *Gal.*9.

Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime ad domeſticos fidei. *ibid.*

*Eleemoſynæ fructus præſtantiſſimi & varij deum placant.*

Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna, omnibus facientibus eam. *Tob.*4.

Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere: quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata. & facit inuenire vitam æternam. 12.

Per miſericordiam & fidem purgantur peccata. *Prou.*15.

Miſericordia & veritate redimitur iniquitas. 16.

Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur 21.

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus proſpector eſt eius, qui reddit gratiam. Meminit in poſterum, & in tempore caſus inueniet firmamentum. *Eccl.*3.

Eleemoſyna patris non erit in obliuione. *ibid.*

Exorare & facere eleemoſynam ne deſpicias. 7.

Propter mandatum aſſume pauperem, propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. 29.

Pone theſaurum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis quam aurum. *ibid.*

Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit (à peccatis) & ab omni malo. *ibid.*

Peccata tua eleemoſynis redime & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: Forſitan ignoſcet Deus delictis tuis. *Dan.*4.

Verumtamen quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Luc.*11.

*Meritum augmentat.*

Qui faciunt eleemoſynam & iuſtitiam, ſaturabuntur vita. *Tob.*12.

Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. *Pſal.*111.

Qui miſeretur pauperis, beatus erit. *Prou.*14.

Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miſeretur pauperis. *ibid.*

Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. 19.

Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam, & ſi non ab ipſo, certe à Domino. *Eccl.*12.

Da (pauperi) & accipies, iuſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam: quoniam non eſt quod quæras apud inferos cibaria. 14.

Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis, quaſi pupillam, conſeruabit: & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput ipſorum, & conuertet in inferiores partes terræ. 17.

Qui facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo: & qui præualet manu mandata ſeruat. *Eccl.*29.

Qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. 35.

Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies, & requiem dabit tibi Dominus Deus tuus ſemper, & ſplendoribus implebit animam tuam, & oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. *Eſa.*58.

Quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. *Matth.*20.

Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo. 19.

Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere, & veniſtis ad me: Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te, & dedimus tibi potum? Et reſpondens Rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis [illegible] fratribus meis minimis, mihi feciſtis. c.25.

Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. *Luc.*11.

### ¶ Patrum Sententiae.

Qui vult ordinate dare eleemoſynam, à ſeipſo debet [illegible] eam ſibi primo dare, eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ [illegible] ſimeque dictum eſt, Miſerere animæ tuæ placens Deo. *In Enchirid.*

Valde male diligit is, qui bene audit, & male oderat [illegible] dare, da: ſi non potes, affabilem te fac, coronat Deus [illegible] tem, vbi non inuenit facultatem. Nemo dicat non habeo [illegible] de ſacculo non erogatur *ſup. Pſal.*103.

Multa ſunt genera eleemoſynarum, quæ quum facimus [illegible] mur, vt nobis dimittantur peccata: ſed ea nihil eſt maius [illegible] ex corde dimittimus peccata. *In Enchirid.*

Quam frontem habes petendo ad Deum tuum, qui [illegible] ſcis patrem tuum? Ille nihil portat, tu nimium oneratus [illegible] eo quod habes, & illum paſcis: & pondus minuis. *de* [illegible] *ſerm.*5.

Eleemoſyna mundat peccata, & ipſa interpellat pro [illegible] minum: quia quicquid pauperibus dederimus, ipſum [illegible] debimus. *In ſerm. de diuite.*

De iuſtis laboribus facite eleemoſynas: nõ enim [illegible] iudicem Chriſtum, vt non vos audiat cum pauperibus [illegible] litis. Nolite velle eleemoſynas facere de fœnore & vſura [illegible] dico quibus corpus Chriſti erogamus. *ibid.*

Fœcundus eſt ager pauperum, cito reddit donantibus [illegible] Via cœli eſt pauper, per quam venitur ad patrem: incipe [illegible] gare, ſi non vis errare. *de verb. dom.*

Dicit tibi Chriſtus, Da mihi ex eo, quod dedi tibi, [illegible] da & redde, habuiſti me largitorem, fac me debitorem [illegible] fœneratorem, temporalia mihi das: æterna tibi reſtituam [illegible] tibi reddam, quando te mihi reddidero. *ibid.*

Caue præuidens diſcretioni eleemoſynæ, ita vt [illegible] ſcilicet & accipientis ſit ſolatium, *in ep.*

Si vis eſſe mercator optimus, fœnerator egregius, [illegible] potes retinere, vt recipias quod non poteris amittere, [illegible] vt recipias centuplum, da temporalem poſſeſſionem, [illegible] hæreditatem æternam. *in ep.*

Vtantur diuites conſuetudine infirmitatis tuæ: ſed [illegible] ſe non poſſe, melius enim facerent, ſi aliter poſſent. Si [illegible] tollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de [illegible] Vtere cibis electis, & pretioſis, ſicut conſueſti, quia aliter [illegible] quia ſi conſuetudinem mutas, ægrotas, conceditur tibi [illegible] ſariis, da pauperibus ſuperflua, vtere pretioſis, da pauperibus [illegible] *De verb. dom.*

Magna eleemoſyna, quæ ardentium criminum glob[illegible] lentiæ ſuæ fonte refrigerat: & irriguo largitatis obruit [illegible] lictorum. *in quodam ſerm.*

Eleemoſyna vtilius malis negatur quam conceditur [illegible]

Eleemoſyna ad neceſſitatem non ad pigritiam accipi[illegible] *re monach. c.*15.

Beatus plane, de cuius domo nunquam vacuo ſinu [illegible] uit: neque enim quiſquam magis beatus, quam qui [illegible] pauperis neceſſitatem, & infirmi atque inopis ærumnam [illegible] *de officijs.*

Ille intelligit ſuper pauperem, qui largitur pauperi [illegible] eſt miſereri inopia, niſi alimoniam eidem largiaris? [illegible]

Hoc eſt occidere hominem vitæ ſuæ ei ſubſidia dene[illegible] ne inter loculos tuos includas ſalutem inopum: tanquam [illegible] lis ſepelias vitam pauperum. *ibid.*

Sunt qui pauperibus parum tribuunt, vt amplius acci[illegible] magis venatio appellanda eſt, quam eleemoſyna. Melius [illegible] non habere, quod tribuas, quam imprudenter petere, [illegible] *Hier. in ep.*

Nos ſubſarcinati auro Chriſtũ pauperum ſequimur, [illegible] textu eleemoſynæ priſtinis opibus incumbimus. *ibid.*

Pars ſacrilegii eſt, rem pauperum dare non pauperibus [illegible] te eſurientium viſcera, non ructantium opulenta conuiuia [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...ſacerdos, ſiue cognatus ſit, & affinis, nihil in illo aliud ...nisi paupertatem. Sine diſcretione omnibus indigentibus ſimpliciter tribuamus, non quærentes cui, ſed quare demus. ...enim in quacunque neceſſitate morituro ſuccurrere po... non fecerit, occidit. *ibid.*

...epiſcopi eſt, pauperum opibus prouidere: ignominia o... ſacerdotum propriis ſtudere diuitiis. *ibid.*

...omnem cenſum tuum pauperibus diſtribuas, nihil a... erit pretioſius, quam quod manibus tuis ipſe confe... *ibid.*

Eleemoſyna amica Deo conſiſtit, & ſemper ei propinqua eſt: pro ...cunq; voluerit facile munus gratiæ impetrat, vincula peccatorum ipſa diſſoluit, fugat tenebras, extinguit ignem: huic cum fiducia portæ cœli aperiuntur, & veluti regina intrante nullus ...orum, nullus cuſtodum, qui adſiſtunt, audent dicere: quæ ... vnde? ſed omnes eam è regione ſuſcipiunt. Virgo eſt ha... alas aureas, circumſcripta per omnia venuſtate, ſed ſuccincta ... habens candidum atque manſuetum pennata eſt, & leuis, ... ante ſolium regale conſiſtit. *Chryſoſt. ſuper Matth. ſerm.*

Medicamentum fortius, quod maxime optetur in pœnitentia, ...: & ſicut in præceptis medicinæ accommodis, medica... multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantiſ...: ſic & in pœnitentia iſta dominantior & potentior eſt, & ... ipſa efficit. *ibid.*

...omnibus dederimus, ſemper miſerebimur, ſi au... ...perimus, nunquam miſericordiam præſtabimus. *ibid.*

...ſtitia eſt, illic relinquere, vnde exiturus es: & illuc non ... quo iturus es? Illic ergo ſubſtantiam tuam colloca, vbi ... habes. *in Matth. 6.*

Qui collocat theſauros in terra, non habet, quid ſperet in cœlo. ...ſpiciat in cœlum, vbi nihil habet repoſitum? Quicquid ... manu feceris, hoc tuum eſt; quod autem reliqueris perdi... *ibid.*

...ingrata Deo, quæ viſa fuerit ab hominibus eleemoſyna, ... ideo facta eſt, vt viſa ſit. *in Matth. 5.*

...plus valet curationi, quam eleemoſynarum largitio, quia ... pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad ... non extendit. *Rab. in Matth. 12.*

...ea tibi diuinitus proueniſſe, ſcilicet temporalia bona, an ... Deus inæqualiter res nobis diſtribuens? cur tu abun... ...mendicat, niſi vt tu bonæ compenſationis merita conſe... ille verò patientiæ brachiis decoretur? Panis eſt famelici ...: nudi tunica, quam in conclaui conſeruas diſcalcea... qui penes te marceſcit, indigentis argentum, quod poſſi... tot labefactas, quod ſubuenire vales. *Baſil. hom. 1.*

...pauperis eſt gazophylacium Chriſti, & quicquid pauper ... Chriſtus acceptat. Da ergo pauperi terram, vt accipias re... micam, vt accipias totum, da pauperi, vt detur tibi: quia ... pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis ... *Pet. Rau. in quodam ſerm.*

### ¶ Poeticae Sententiae.

Antholog. Sacra Iacob. Billij.

De Eleemoſyna: & quod impius probo viro nocere nequeat.

*Aſtronomus quidam (ſic finxit priſca vetuſtas)*
*Reginæ abſciſſam vexit ad aſtra comam.*
*Is tamen haud aſtris illam intulit, Ille capillos*
*Cœlo infert inopes qui miſeratus alit.*
*Crinis opes, crinis fluxos deſignat honores,*
*Et vitam, poterit quam reſecare Doeg.*
*Sed licet & barbam ſecet improbus, atque capillos;*
*Nil tamen his iuſti prorſus ineſſe poteſt.*

Ibidem.

*Magnum peccatum eſt amor immoderatus habendi,*
*Et plus quam vitæ ſufficiat cupiens.*
*Nam quod nos veſtit, quod paſcit, cura ſalutis,*
*Si vanis ſit mens libera, non onerat.*
*Debilibus proſint, atque iuuent inopes.*
*Quiſquis enim cupide non expendenda recondit,*
*Quæ nulli tribuit pauperibus rapuit.*

De Eleemoſynæ ſtudio.

*Qui reliquis ſtudeant virtutibus, atque labore*
*Membra premant, homines cernere mille licet.*
*Deficit ac miſeros hæc vna & maxima virtus,*
*Qua ſine nil alias obtinuiſſe iuuat.*
*Nam qui pauperie preſſis ſe præbet acerbum,*
*Cuncta licet teneat, nil tamen ipſe tenet.*
*O quæ ſtultitia eſt! Deus emit ſanguine ſeruos*
*Mercari exiguo nos piget ære Deum.*

Martialis lib. 5.

*Callidus effracta nummos fur auferet arca;*
*Proſternit patrios impia flamma lares.*
*Debitor vſuram pariter, ſortemq; negabit.*
*Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges.*
*Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica:*
*Mercibus extructas obruet vnda rates.*
*Extra fortunam eſt, quicquid donatur amicis;*
*Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.*

### ¶ Apophthegmata.

*Democritus* peregrinis & egentibus alimoniam miniſtrandam eſſe dicebat. Equidem quiſquis indigenti victum negat, is neq; ab alio quicquam accipiet, dum eguerit. *Stob.*

*Idem* audiens quendam magnificis verbis multa cuidam promittentem, ſed mendaciter. Coneris, inquit, ad exigua largiendum, quam ad plurima promittendam, eſſe propenſior. Nam penuria laborantibus donum, vel perexiguum, prodeſt, verba autem & magnificæ pollicitationes nulli ſunt vtiles. *Stob.*

*Idem* dicere ſolebat, Si bene mereri de aliquo voles, citiſſimè da. Mora enim ingratum redditur, & parum amabile quicquid dederis. *Stoc.*

*Ariſtoteles* cum nefario cuidam homini eleemoſynam dediſſet, & ob id caſtigaretur à quodam: Non mores, inquit, ſed hominem commiſeratus ſum. Docuit vir ſapientiſſimus, etiam malis, & indignis eleemoſynam dandam eſſe in ſumma rerum neceſſitate, ne penuria ſuadente, agant quod dedecus eſt coram Deo & hominibus. *Laert. l. 5. c. 1.*

*Idem* reprehenſus à quodam, quod eleemoſynam dediſſet improbo; Non homini, inquit, dedi, ſed humanæ ſorti. *Laertius lib 3. cap. 1.*

*Demoſthenes* dicere ſolebat, æquum eſſe vt pauperes pie foueantur, cum delectu tamen, ita vt dimiſſis improbis illorum ratio potiſſimum habeatur, qui præter culpam egeſtate premuntur. *Stob.*

*Amadæus Sabaudiæ dux*, rogatus à quibuſdam oratoribus qui aderant, an etiam haberet canes venaticos? annuit, vt poſtera die redirent. Cum verò iam adeſſent, Amadæus è pergula à latere ædium in gentem mendicorum multitudinem eis oſtendit vnà diſcumbentium. Atque hi ſunt, inquit, canes mei, quos alo quotidie, quibuſque cœleſtem gloriam me ſpero venaturum. *Munſterus libro ſecundo Coſmographiæ, vbi de Allobrogorum vel Sabaudiæ ducibus.*

P*lacilla* Theodoſij Romanorum Imp. vxor pientiſſima cum reprehenderetur à ſuis quod ægrotos viſitaret, atq; pauperibus etiam liberaliter facultates ſuas elargiretur, reſpondit: Imperatori conuenire, vt aurum id largiatur: ſe autem manuum opus pro imperio ipſo, ei qui id ſemel contulit offerre. *Nicephorus Calliſtius libro 12 cap. 42.*

### ¶ Similitudines.

*Syracidæ.* Quemadmodum aqua reſtringit inflammatũ ignem: Sic eleemoſyna expiat peccata *cap 3.*

*Chryſoſtomi.* Sic vlmus infructuoſa dat honorem viti, vt vitis pro ſe & pro vlmo proferat fructum: Ita tuæ res proficiant ad pauperis ſuſtentationem in hoc ſeculo, vt & illius ſanctitas proficiat ad tuam ſuſtentationem in illo, *in caput quintum Matthæi, homilia duodecima.*

*Omnis homo* qui aliquod opus facit, cuius cauſa facit id quod facit, in corde ſuo illius aſpicit & perſonam. Ecce facis epiſtolam vt aliquem ſalutes amicum: quamdiu ſcribis, ſemper in corde tuo vides illius perſonam amici, propter quem ſcribis epiſtolam. Iam artifex tenens opus in manu, ſemper eum præ oculis ſuis habet qui ei opus commiſit faciendum, dum cogitat quomodo illud facere mandauit. Sic & qui propter Deum eleemoſynam facit, neminem videt in corde ſuo, niſi in perſonam Dei tantummodo, propter quem facit. *in c. 6. Matth.*

*Si duos quoſdam* videres, alterum omnino nudum, alterum indutum, nullamne iniuriam faceres, ſi veſtitum ſpoliares, vt nudum indueres? imò verò maximam: Ita qui Deo ex rapina eleemoſynam parat. *Hom. 87. in Matth.*

*Quemadmodum* iſta monumenta pueris detrahuntur, poſteaquam facti viri, feruntur ad aliud ornamentorum genus: Itidem & in nobis non iam erit eleemoſyna, quæ pecuniis erogandis conſtat, ſed alia quædam multo præſtantior. *Hom. 1. ad Philip.*

*Agricolæ* ſi frumenta domi concluſa tenent, vermium in eſca amittent: ſi verò diſperſerint in terras, non modo cuſtodiunt, ſed etiam augent: Sic opes ſtantes quidem in arca, ac ſub ſera & vecte defoſſæ, citò transfugiunt: ſi verò in eleemoſyna diſtributæ fuerint, non ſolum manent cuſtoditæ, ſed & maiores inde reſurgunt. *De pœnit. ſerm. 7.*

*Curſores* qui in agone currunt, veſtimenta etiam pene neceſſaria abijciunt: Ita iturus in cœlum, vt expeditior ſit, diuitias pene omnes pauperibus diſtribuat. *Hom. de pœnit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vt hoſpites* & peregrini in aliena terra manſionem non conſtruunt, ſed malunt in ſua patria inuenire conſtructam: Ita debemus per eleemoſynam domos æternas conſtruere, & non in his theſaurizare. *Hom. 36. tom. 4.*

*Quemadmodum* ſi opes ſubditorum in regiis promptuariis conſeruentur, per illas etiam regiæ ſecuriores ſunt: Ita certè & in domo tua, ſi pauperum opes repoſueris, & Dominico die collegeris, etiam tua ſecuriora erunt. *De eleemoſyn.*

*Agricola ſementem* facit, & quæ habet expendit, & non contriſtatur, & dolet, nec ſumptum ſe facere putat, ſed lucrum potius, tametſi incerta eius ſpes: Tu autem non in tam vilibus, ſed in multo maioribus ſeminans, & daturus pecuniam in manus Chriſti, recuſas, torpes & inopiam prætexis? *Ser. de pœnit.*

*Quemadmodum* Dominus tuus cum multi blaſphement, multi fornicentur, multi furentur, latrocinentur, ſepulchris inſidientur, & multa mala faciant, ipſe non deſinit à ſua in omnes beneficentia, ſed communes radios, communes imbres & fructus terræ profert, ſuam monſtrans miſericordiam: Sic & tu fac, & cum adhuc tempus miſericordiæ, iuua pauperes, paſce famelicos, libera afflictos, ne ſis præterea curioſè ſollicitus. *Serm. de pœnit.*

*Quemadmodum* hi qui ad magnos quoſdam principatus accerſiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem ſubſtantiam ſuam in pecuniam commutant, & ſic illò migrant: Ita plane & tunc faciebant homines illi ad cœlum vocati, & ad ſupernam metropolim, & regnum quod illic eſt. Nam perſuaſum habentes illic eſſe patriam, omni ſubſtantia ſua in pecuniam commutata, pecuniam per Apoſtolorum manus illuc præmiſerunt. *In illud Apoſtoli dictum, Oportet ſemper hæreſes eſſe.*

*Sicut radix* in pingui plantata ſolo quæ nobis ſingulis annis tempeſtiuos affert fructus: Sic & pecunia in manibus pauperum plantata, non ſolum in ſingulos annos, ſed & in ſingulos dies ſpirituales nobis fructus affert, fidentiam ſcilicet in Deum, peccatorum abſceſſum, conſcientiam bonam, lætitiam ſpiritualem, ſpem iucundam, aliquaque bona, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. *Ibid.*

*Nazianzeni.* Quemadmodum omnis qui nauigat, prope naufragium eſt, tantoque propius quanto audacius id facit: Ita quicunque circumſeptus eſt corpore, propinquus & obnoxius eſt corporis calamitatibus, & eo magis, quo elatius incedit, nec reſpicit eos qui ante ſe iacent. Dum ventis ſecundis nauigas, da manum illi qui naufragium fecit: dum ſanus ac diues es, in miſeria conſtitutum amplectere. Noli expectare vt in teipſo perdiſcas quantum ſit malum inhumanitas, & quale bonum ſit, egentibus aperire viſcera miſericordiæ. Ne velis tollere manus ad Deum contra eos qui ſuperbiunt, & prætercurrunt pauperes: ſed in alienis calamitatibus erudiare. Da aliquid vel exiguum inopi: non erit exiguum ei qui rerum omnium eget: ne Deo quidem, modo pro facultate tribuatur: Loco magni muneris affer conſolationem. Si nihil habes, collachryma *In Orat. de pauperibus amandis, & benignit. fol. 19.*

*Erga fratres* calamitoſos benignus eſto. Quod ventri ſubtrahis, tribue eſurienti: Exæquet omnia iuſtus Dei timor. Duas inter ſe contrarias affectiones, tuam videlicet ſatietatem, & fratris famem, modeſta continentia tempera atque moderare. Sic enim faciunt & medici: alios exinaniunt, alios replent, vt acceſſione, deceſſioneque vniuſcuiuſque ſanitas conſeruetur. *in orat. de pauperibus amandis. fol. 33.*

*D. Baſilij.* Quemadmodum ſementis quæ in terram iacitur, lucrum affert ei qui iecit: Ita etiam panis in eſurientis manum ſeminatus, multiplex commodum in poſterum reddit. *in Lucam.*

*Tu quidem* cum aurum das vt equum compares, animo non angeris: cum verò corruptibilia exponis, vt cœlorum regnum accipias, lachrymandum tibi putas? *Hom. de diuite.*

*Vt Adam* male comedens, peccatum induxit: Ita nos inſidioſam eſcam edimus, niſi neceſſitati fratris & eſuriei medeamur. *ſerm. de fame & ſiccitate.*

*Lactantij.* Si deorum cultores ſimulachra inſenſibilia excolunt, & quicquid precioſi habent, in ea conferunt: quibus nec vti poſſunt, nec gratias agere: qui acceperint: quanto iuſtius eſt & verius, viuentia Dei ſimulachra excolere, vt promereare inuenire viuentem? Quæ ſicut vſui habent, quicquid acceperint, & gratias agunt: Ita Deus in cuius conſpectu bonum feceris, probabit, & mercedem pietatis exoluet. *Lib. 6. c. 13. de vero cultu.*

*Thriueri.* Illiberale eſt munus, quod maius aut ditius ambit: elegantiſſima eleemoſyna, quæ neque ſanitatem, neque aliud reſpicit, ſed ex ſola charitate erga Deum & proximum procedit. *in apophthegm. 75.*

### ¶ Exempla Biblica.

Eleemoſynæ exempla: Abdias, *1. Reg. 18. v. 13.* Tobias ſenior, *Tobiæ 1. v. 18. & 2. v. 16. & 4. v. 8. 9. 10. 11. 12.* Tabitha, *Actor. 9. v. 36.* Cornelius Centurio, 10. *v. 1. 2. 2. 4.*

### ¶ Profana Exempla.

*Rabanus Maurus, Fuldenſis antiſtes,* mox Archiepiſcopus Moguntinus, cum tanta fames Germaniam occuparet: vt etiam pater filium deuorare vellet: multam beneuolentiam pauperibus [...]buit. *Sigebertus in Chron.*

*Anaſtaſius IV. Pontifex Max.* pauperes pauit ſua pe[...] vniuerſam prope Europam torqueret fames. *Rauſ[...]*

*Baſilius Magnus*, Epiſcopus Cæſarienſis, in fame [...] cultates ſuas vendidit: frumentum comparauit: ex [...] omnes, etiam Iudæorum liberos aluit. *Sozomenus lib.* [...]

*Ab Imperatore Henrico IV.* agmina pauperum [...] qui eum domi in cubilibus, in campis, in caſtris ſeque[...] & liberaliter eis proſpexit: & in demortuorum locum [...] ſubſtituit: ac in præſidiis ſuis erogari eleemoſynas [...] vt in vita eius annotatur. *Theat. Zuing fol. 2425.*

*Tullus Hoſtilius Romanorum Rex,* quot agrorum [...] vſum ſuum ſeruabant, publicè pauperibus diuiſit: [...] gum moribus diſſimilis: qui quod pauperum eſt, ſibi [...] ſueuerunt. *Fulg. l. 4. c. 8.*

*Nerua Imperator* ciuibus egenis, vt vitam ſuſtentare[...] quinquagies centena millia nummum erogauit. *Theat.* [...]

*Adrianus Imp.* factus pueris ac puellis, quibus Traian[...] ta ſtatuerat, incrementa dedit. *Suet.*

*Nerua Imperat.* puellas puerosque parentibus pa[...] tos ſumptu publico per Italiæ oppida ali iuſſit. *Cuſpin[...]*

## Elementum.

### ¶ Definitio et Etymolog[...]

Elementum, Græcè ςοιχεῖον, ου, τὸ, & ςοιχειώδης [...] dicitur. Eſt autem elementum, in quod aliquid [...] ſtens, vt materia, vt ſyllabæ a & b. *ſecundum Ariſ[...] Metaph.*

### ¶ Loci Biblici.

Elementa calore ſoluenda. 1. *Petr.* 3. 10.

Elementa mundi Paulo ſunt rudimenta, quibus De[...] cleſiam ſuam, quaſi ſub pædagogo erudiit, *Col. 2. 8.* [...] pioſè *Galat. 4. v. 3.* vbi etiam pro rudimentis capiuntur [...] ſunt & egena, *Galat. 4. 9.* Elementa pro mundi partibus [...] rè diſſoluentur, *2. Pet. 3. 10, 12.*

### ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. 15, Metam.

*Quatuor æternus genitalia corpora mundus,*
*Continet: ex illis duo ſunt oneroſa, ſuoque*
*Pondere in inferius, tellus atque vnda feruntur.*
*Et totidem grauitate carent, nulloque premente*
*Alta petunt, aer atque aere purior ignis.*

Idem Faſt.

*Altum flamma petit: propior locus aera cepit:*
*Sederunt Medio terra fretumque loco.*

Manil. 52.

*Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras,*
*Summaque complexus ſtellantis culmina cœli*
*Flammarum vallo naturæ mœnia fecit:*
*Proximus in tenues deſcendit ſpiritus auras,*
*Aeraque extendit medium per inania mundi.*
*Ignem flatus alit vicinis ſubditus aſtris.*
*Tertia ſors vndas ſtrauit, flatusque natantes*
*Æquora perfudit toto naſcentia ponto.*
*Vt liquor exhalet tenues atque euomat auras*
*Æraque ex ipſo ducentem ſemina paſcat,*
*Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus.*

Ouid. 1. Met.

*Ignea conuexi vis & ſine pondere cœli*
*Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce*
*Proximus eſt aer illi leuitate, locoque:*
*Denſior his tellus elementaque grandia traxit,*
*Et preſſa eſt grauitate ſui: circumfluus humor*
*Vltima poſſedit, ſolidumque coercuit orbem.*
*Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba,*
*Aſtra tenent cæleſte ſolum formæque Deorum,*
*Ceſſerunt nitidis habitanda piſcibus vndæ.*
*Terra feras cœpit, volucres agitabilis aer.*

Idem 15. Met.

*Quæ quanquam ſpacio diſtant, tamen omnia fiunt*
*Ex ipſis & in ipſa cadunt, reſolutaque tellus*
*Aeraque humor abit: dempto quoque pondere [...]*
*In ſuperos aer tenuiſſimus emicat ignes.*
*Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.*
*Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit,*

*Hinc in aquas : tellus glomerata cogitur vnda.*

Ouid.6.Met.

*Acceſſit poſitoq; genu Titania terram*
*Preſſit, vt hauriret gelidos potura liquores.*
*Ruſtica turba vetat. Dea ſic affata vetantes :*
*Quid prohibetis aquas? vſus communis aquarum eſt.*
*Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit,*
*Nec tenues vndas : ad publica munera veni.*
*Quæ tamen, vt detis, ſupplex peto.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Elementum eſt ex quo primo in ſitu aliquid conſtat, nec in aliam ... ſpecie diuidi poteſt. *lib. δ. 4. Metaph. c.3. Tit.4.*

Elementa oriuntur ex eo, quod alia in alia ſe vertant. *libro 3. de Cœlo Tep.6. & lib.1. Meteor. c.3. & l.2. de ort. c.2. T.8.*

Sunt hæc initia elementorum calidum, frigidum, humidum, ... *l.2. de part. c.2.*

Repugnantiam inter ſe elementa omnia habent, eorumq; nihil ... eſſe poteſt. *lib.2. de Cœlo, c.3. T.19.*

... elementum & initium corporum id, in quod cætera corpora ... tur, cum poteſtate inſit, vel reipſa. *l.3. de Cœlo, c.3. T.31.*

... quidem elementa ſunt proportione : cauſæ autem & principia quatuor. Priuſque eſt & antiquius elementum ijs quorum elementum eſt. *l.λ.11. Metaph. c.4. T.23.*

Ignis non eſt ſimplex, nec aer, nec vllum aliorum, ſed concreta ... conſiſt. *l. de ort. c.3. T.20.*

Terræ ſiccitas magis eſt propria quam frigus : & aquæ frigus magis, quam humor : & aeris humor magis, quam calor : & ignis calor magis, quam ſiccitas. *ibid. T.23.*

Quoniam nec innumerabilia ſunt elementa nec vnum, plura & finita neceſſe eſt, *lib.3. de Cœlo, c.5. T.52.*

Æterna quidem elementa eſſe non poſſunt. *l.3. Cœli, c.6. T.52.*

Quatuor elementa, quæque ſunt eiuſdem generis, natura con... nominamus. *l.2. de Nat. c.1. T.1.*

Quæ elementa maximè ſignificare videntur, hæc ſunt, ignis, aer, ... ex quibus concreta corpora conflantur. *libr.2. Metaph.*

¶ SIMILITVDO.

*Procop.* Vt riſibile proprium eſt hominis, & homo eſt nomen ... animalis, cui riſibile ineſt : Sic ariditas eſt proprium ... quæ ariditatem quaſi peculiariter habet. Frigiditas qui... quæ inhæret terræ, ſed non terræ quaſi proprium cenſe... qualitatem communem poſſidet cum aqua. Vt aqua ... peculiariter tenet : ſic humiditatis cum aere particeps ... Vt aer ceu proprium retinet humiditatem : ſic quaſi per ... ſocietatem ab igne calorem trahit Vt ignis ceu proprium ... calorem : ſic cum terra partitur ariditatem, quam ter... adepta eſt. Et in hunc modum patet ſingulis elemen... eſſe proprium, & quid quod cum cæteris habent com... Per propria ſingula à ſingulis ſeparantur : per communia ... ſingulis connectuntur. Oportebat etenim eſſe ſeparata, vt ... conſeruarent naturam. Oportebat & aliquo nexu co... vt ex his corporum naſceretur compoſitio, cum aliud a... coniunctum ſecundum communem qualitatem. Quapro... optimus imponendi rebus nomina artifex aridam ap... terram: nec terram vocauit aridam. *In Gen. c.1. fol.23.*

# Eloquentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...QVENTIA, Græcè λογιότης, ητος, ἡ, & λόγιος, ȣ, ὁ, eloquens di... à loquorq; deſcendunt. Eſt autem loqui, verba profer... ferreq; à dicendo. Quoiam dicere eſt eleganter & facundè ... Quintilianus: Nam mihi ne dicere quidem videtur, niſi qui ... ornatè, copioſè dicit: Loquor autem à loco deſcendit: is ... qui loquitur, ſuo loco quodque verbum ſciens ponit. Nam ... incipit fari, & vocabula, & reliqua verba dicit, antequam ... ea ponere poſſit. Talemque Chryſippus affirmat non lo... ſed loqui. Quapropter vt hominis imago non eſt homo, ſic ... cornicibus, pueris primitus fari incipientibus, verba non ... : & loqui non dicent. A loquor, quod eſt dico (quod eſt ... oratoris) fit eloquens, qui dicendi ratione prouectus eſt. ... ntia, dictio ex omni parte perfecta. Et eloquenter Aduer... eſt, facundè: & eloquium, quod modo ſermonem, modo ... ntiam ſignificat.

...quentia eſt copioſè loquens ſapientia : eſt miniſtra comesq; ..., vber, lata, & ad motus animorum, vulgiq; ſenſus accom... Græcis λογιότης dicta.

¶ BIBLICI LOCI.

...quentia *Exod.* 4.10. Dei donum & opus eſt, *v.*11.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

... temporum ſuorum vir eruditiſſimus, qui ſic omnia locu... quæcunq; dixit, vt magna, & quocunque modo parua dicit modo loquendi magnificauit. Vnde dici poteſt, quidam, Tullii linguam omnes mirantur, pectus non æquè. Ariſt. pectus omnes, linguam non æquè: Platonis pectus & linguam æquè. *Auguſt. in epiſt.* Eloquentia in homine prauo eſt venenum in poculo aureo. *Idem l.1, de anima.*

Ille bene loquendi facultatem percipit, qui ſinum cordis per rectè viuendi ſtudia extendit, nec loquentem conſcientia præpedit, quum vita linguam antecedit. *Greg. l.6. Mor*

Eloquens eſt ille, qui ſcit parua ſubmiſſe : media temperate, magna granditer dicere, qui ſcit inuenire præclarè, enunciare magnificè, diſponere apertè, & figurare variè. *Caſſ. ſuper Pſal. 73.*

Bonus doctor procemiatur aptè, narrat apertè, arguit acriter, colligit fortiter, ornat excelse, docet, delectat & afficit. *Idem.*

Sæpe reperitur ſimplicitas veridica, & falſitas compoſita, quæ hominem ſuis erroribus illicit, per linguæ ornamenta laqueos dulces aſpergit. *Iſid l.3. de ſum. bon.*

Antiqui forenſem eloquentiam caninam facundiam nuncupabant, eo quod cauſidici in certaminibus cauſarum omiſſis, quæ agant, veluti alterutrum ſeſe lacerant, iurgiaque cauſarum ad iniurias ſuas commutant. *ibid. l.3.*

¶ SENTENTIAE POETARVM.

De Orpheo Virgil. Georgic. 4.

*At cantu commota Erebi de ſedibus imis*
*Vmbræ ibant tenues ſimulacraq; luce carentum.*
*Quin ipſæ ſtupuere domus atque intima lethi*
*Tartara cæruleosq; amplexæ cornibus angues*
*Eumenides: tenuitq; inhians tria Cerberus ora :*
*Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.*

Ex Æneid. lib.1. de viribus eloquentiæ.

*Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem*
*Conſpexere ſilent, arrectisq; auribus aſtant :*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Ouid. lib.10. Metam. fab.2.

*Talia dicentem neruosq; ad verba mouentem,*
*Exangues flebant animæ, nec Tantalus vndam*
*Captauit refugam, ſtupuitq; Ixionis orbis.*
*Nec carpſere iecur volucres vrnisq; vacarunt*
*Belides, inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.*
*Tum primum lachrymis victarum carmine fama eſt,*
*Eumenidum maduiſſe genas, nec regia coniunx*
*Suſtinet oranti nec qui regit ima negare, &c.*

Silius Italicus lib.11. belli Italici.

*Argolicis quondam populis mirabile dictis,*
*Exaudita chelis : lapidem teſtudine felix*
*Ducere & in muris poſuiſſe volantia ſaxa.*
*Hæc Amphionio vallauit pectine Thebas,*
*Ac ſilice aggeribus per ſe candente vocatis*
*Iuſſit in immenſum cantatas ſurgere turres.*

De Arione.

*Altera turbatum plectro moderata profundum*
*Et tenuit Phocas : & in omni Prothea forma*
*Traxit : & æquoreo portauit Ariona dorſo.*

Propertius lib.3. eleg.

*Orpheu te tenuiſſe feras & concita dicunt*
*Flumina Threicia detinuiſſe lyra.*
*Saxa Cytharonis Thebas agitata per artem,*
*Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.*

Orpheus eloquentia mores hominum agreſtes formauit. Virgil.

*Threicius quondam vates fide creditur canora*
*Mouiſſe ſenſus acrium ferarum,*
*Atque amnes tenuiſſe vagos,*
*Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa,*
*Suauiſonosq; modos teſtudinis arbores ſecutæ*
*Vmbras feruntur præbuiſſe vati.*
*Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit,*
*Doctaq; vitam voce temperauit.*
*Iuſtitiam docuit, cætu quoque congregauit vno,*
*Moresq; agreſtes expoliuit Orpheus.*

Horat. in arte Poetica.

*Syluestres homines ſacer interpresq; Deorum*
*Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus.*
*Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones :*
*Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis*
*Saxa mouere ſono teſtudinis: & prece blanda*
*Ducere quo vellet. Fuit hæc ſapientia quondam,*
*Publica priuatis ſecernere ſacra prophanis.*
*Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,*
*Oppida moliri, leges incidere ligno.*
*Sic honor & nomen diuinis vatibus : atque*
*Carminibus venis poſt hos inſignis Homerus.*

Seneca in Hercule furente.

*Immites potuit flectere cantibus*
*Vmbrarum dominos & prece ſupplici*
*Orpheus Eurydicen dum recipit ſuam.*

*Quaſylua*

*Quæ ſyluas & aues ſaxaq́ traxerat,*
*Ars quæ præbuerat fluminibus moras,*
*Ad cuius ſonitum conſtiterant feræ,*
*Mulcet non ſolitis vocibus inferos,*
*Et ſurdis reſonat clarius in locis.*

Ouid. 2. de Triſt.

*Diſcitur, innocuas vt agat facundia cauſſas,*
*Protegit hæc ſontes, immeritosq́ premit.*

Euripid. in Hecuba.

Τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα
Μοχθοῦμεν ὡς χρὴ πάντα, καὶ μαστεύομεν,
Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην,
Οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν
Μισθοὺς διδόντες μανθάνειν ἵν᾽ ὑποτε
Πείθειν ἅτις βούλοιτο τυγχάνειν θ᾽ ἅμα.

Hoc in Hecuba.

*Quid diſciplinis, dignum vt eſt in cæteris*
*Sudamus atque ſingulas inquirimus?*
*Ac non magis ſuadelam, quæ mortalibus*
*Regina ſola eſt, ex amuſsim exequitur,*
*Datoq́ pretium diſcitur: quo quæ velit*
*Ea quiſque perſuadere poſsit & aſſequi.*

Homerus.

Σοὶ δ᾽, ἔπι μὲν μορφὴ ἐπέων, ἔνι δὲ φρένες ἐσθλαί.

Id eſt:

*Mente vales, iuncta eſt facundis gratia dictis.*

Ouid. de Ponto. lib. 3. eleg. 4.

*Non opus eſt magnis placido lectore poetis:*
*Quemlibet inuitum, difficilemq́ tenent.*

Ouid. Triſtium lib. 3. eleg.

*Et q́ viret ſemper laurus, nec fronde caduca*
*Carpitur, æternum ſic habet illa decus.*

Iuuenal. ſatyra 10.

*Nocitura toga, nocitura petuntur*
*Militia, & torrens dicendi copia multis,*
*Et ſua mortifera eſt facundia.*

Ibidem.

*Eloquium, ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis*
*Incipit optare, & totis quinquatribus optat.*
*Quiſquis adhuc vno partam colit æſſe Mineruam,*
*Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ*
*Eloquio ſed vterque perit orator: vtrumque*
*Largus, & exundans letho dedit ingenij fons.*
*Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa nec vnquam*
*Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.*

Virg. 1. Æn.

*Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,*
*Collectasq́ fugat nubes, Solemq́ reducit,*
*Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt*
*Seditio, ſæuitq́ animis ignobile vulgus:*
*Iamq́ faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:*
*Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem*
*Conſpexere ſilent, arrectiſq́ auribus adſtant,*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*
*Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam*
*Proſpiciens genitor, &c.*

Lucanus ad Piſonem.

*Iudicis affectum, poſſeſſaq́ pectora ducis*
*Victor, ſponte ſua ſequitur quocunque vocaſti.*
*Flet, ſi flere iubes: gaudet gaudere coactus:*
*Et te dante capit iudex, quam non habet iram.*
*Sic auriga ſolet feruentia Theſſalus ora*
*Mobilibus frenis in aperto flectere campo,*
*Qui modo non ſolum rapido permittit habenas*
*Quadrupedi: ſed calce citat, modo torquet in auras*
*Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata*
*Incipit effuſos in gyrum carpere curſus.*
*Quis non attonitus iudex tua reſpicit ora?*
*Quis regit ipſe ſuam, niſi per tua pondera mentem?*
*Nam tu ſiue libet pariter cum grandine nimbos,*
*Denſaq́ vibrata iaculari fulmina lingua,*
*Seu iuuat adſtrictas in nodum cogere voces,*
*Et dare ſubtili viuacia verba catena,*
*Vim Laertiadæ, breuitatem vincis Atridæ.*
*Dulcia ſeu mauis liquidoq́ fluentia curſu*
*Verba, nec incluſo ſed aperto pingere flore:*
*Inclyta Neſtorij cedit tibi gratia mellis.*

Lucan. 7.

*Romani maximus auctor*
*Tullus eloquij, cuius ſub iure togaq́*
*Pacificus ſæuas tremuit Catilina ſecures.*
*Addidit inualidæ robur facundia cauſſæ.*

Lucanus ad Piſonem.

*Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum*
*Scande ſuper titulos, & auitæ laudis honores,*
*Armorumq́ decus præcede forenſibus actis.*
*Sic etiam magno iam nunc Cicerone vigentes*
*Laurea facundis ceſſerunt arma togatis.*

Ouid. 13. Met.

*Quippe manu fortes, nec ſunt tibi Marte ſecundi*
*Conſilijs ceſſere meis tibi dextera bello*
*Vtilis, ingenium eſt quod eget moderamine noſtro*
*Tu vires ſine mente geris, mihi cura futuri eſt,*
*Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum*
*Eligit Atrides, tu tantum corpore prodes,*
*Nos animo. quantoq́ ratem qui temperat anteit*
*Remigis officium, quanto dux milite maior,*
*Tantum ego te ſupero: nec non in corpore noſtro*
*Pectora ſunt potiora manus; vigor omnis in illis.*

Ibidem.

*Mota manus procerum, & quid facundia poſſet,*
*Tunc patuit, fortiſq́ viri tulit arma diſertus.*

Val. Flaccus.

*Sed te non animis, nec ſolis viribus æquum*
*Credere: ſæpe acri potior prudentia dextra.*

Verinus.

*Nil tam difficile eſt quod non perſuadeat, & non*
*Efficiat docti lingua diſerta ſenis.*
*Ancipiti eloquium longe penetrantius enſe,*
*Hoc rabiem motam ſedat, & arma mouet.*

Theocr. in Daphnide Carmen Timonis.

Τῶν πάντων δ᾽ ἡγεῖτο πλατύσφαλος ἀλλ᾽ ἀγορητὴς
Ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος οἵ θ᾽ ἑκάδημου
Δένδρεα ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.
*Cunctos anteibat latiſsimus ille ſuauis*
*Orator, cuius non cedunt ſcripta cicadis,*
*Quæ ſuper arboribus reſident, luci in opaci.*

## ¶ Philosophicæ Sententiæ

Vitioſum eſt in re ſeuera delicatum inferre ſermonem. *Rhet.*

Me quidem diu cogitantem ratio ipſa in hanc potiſsimum ſententiam ducit, vt exiſtimem ſapientiam ſine eloquentia parum prodeſſe ciuitatibus: eloquentiam verò ſine ſapientia nimium obeſſe, plurimumque nocuiſſe, prodeſſe nunquam. *In prin.*

Qui verò ita ſeſe armat eloquentia; non vt oppugnare commoda patriæ, ſed vt pro his pugnare poſſit: is mihi videtur ſuis & publicis rationibus vtiliſsimus atque amiciſsimus. *ibid.*

Nam quid tam inhumanum, ſicut eloquentiam ad ſalutem hominum datam, ad bonorum perniciem conuertere. *ibid.*

Eloquentia eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inuentionem pronunciationem accommodatio: continens vocis, vultus, geſtus moderationem cum venuſtate. *ibid.*

Pacis eſt comes, otiique ſocia, & iam bene conſtitutæ ciuitatis velut alumna quædam eloquentia. *Idem de Clar. ora.*

Nihil eſt tam inhumanum, quam eloquentiam à natura ad ſalutem hominum & ad conſeruationem datam, ad bonorum peſtem perniciemque conuertere. *libr. 2. de Offic.*

Moris eſt eloquentibus viris ingeniorum facultatem rerum probare difficultatibus, & illic ſtylum paratum, vbi quædam fœcundi pectoris fluuium manare: vbi materia deſit alimentum, velut arida ceſpitis mater gleba ieiunat. Sic [illegible] dus ſimilibus exemplis, medicus in deſideratione, gubernator in tempeſtate cognoſcitur, quorum famam præcedentium [illegible] tollunt: quæ profectò nigreſcit, niſi vbi probetur, [illegible] magnus Orator, ſi negotium aggrediatur anguſtum, [illegible] plauſibilibus manifeſtat ingenium. *Sid. in epiſt.*

Cicero noſter, à quo Romana eloquentia exiuit, gradarius [illegible] ordinarius fuit, vir egregius & vita & ſcientia: & quod [illegible] eloquentia: diſputatque expeditè magis quàm conc[illegible] dicere facilitatem eſſe illam, non celeritatem: hoc ergo [illegible] piente exigo, vt oratio eius ſine impedimento exeat, & pro[illegible] gis quàm profluat. *Sen. in epiſt.*

Doctrinæ & eloquentiæ ornamenta, ſicut dicit Valerius, [illegible] nunciatione apta, & conuenienti corporis geſtu con[illegible] qui ſe inſtruxit, tribus modis homines aggreditur: [illegible] trando, oculos demulcendo, & animos inuadendo. *idem.*

Eloquentia neque adhuc ſe vlli ſic indulſit, vt tota con[illegible] ſatis felix eſt, qui in aliquam eius partem receptus eſt. *ibid.*

Magna debet eſſe eloquentia, quæ in vitijs placeat: [illegible] fauor hominum oſtendat, fauor alat. *Seneca in libro* [illegible] *ſua.*

Quis medicus ægrotos in tranſitu curat, nec vllam [illegible] luptatem habet, talis verborum ruentium ſtrepitus, [illegible] dum procliuè currentium, non vbi viſum eſt, gradus [illegible] incitatio corporis pondere ſerpit, ac longius quam [illegible] tur. Sic iſta dicendi celeritas in ſua poteſtate eſt: nec [illegible] ra Philoſophiæ, quæ ponere debet verba, non proiicere, [illegible] tentim procedere, perennis vnda ſit, non torrens. [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

no noſter, & æſtimet, & præbeat æſtimandum: proferatur im profluat. *Idem lib.* 10. *Rhet.*

enti cuidam quomodo optime poſſit dicere, Seneca re- nihil dixeris, niſi quod bene ſcieris. *idem.*

olam, ſed aſſiduitatem legendi, dominam vocat: orato- timum eſſe, qui plurima paucis diceret. *idem.*

Tus ſermo ab vno loco egreditur, ſed ipſius formæ eiuſque in- diuerſificantur ſecundum diuerſitatem formalem ipſius. ſermonem enim, qui egreditur leniter vel ſuauiter ac vultu acarridente, & inter ipſum, qui egreditur cum ira & triſti differentia longa exiſtit. *idem.*

que verò quicquam præſtabilius eſt, quam poſſe dicendo te- hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere quo vnde autem velit, deducere. Hæc vna res in omni libero po- maximeque in pacatis, tranquilliſque ciuitatibus præcipuè floruit, ſemperque dominata eſt: Quid enim eſt aut tam bile, quam ex infinita multitudine hominum exiſtere vnū, quod omnibus natura ſit datum, vel ſolus, vel cum paucis poſſit? Aut tam iucundum cognitu, atque auditu, quam ſa- ſententiis, grauibusq; verbis, ornata oratio & perpoli- Aut tam potens, tamque magnificum, quam populi motus, iu- religiones, ſenatus grauitatem, vnius oratione conuerti? porrò regium, tam liberale, tam munificū, quam opem ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, hominem in ciuitate? Quid autem tam neceſſarium, quam ſemper arma, quibus vel tectus ipſe eſſe poſſis, vel prouoca- improbos, vel te vlciſci laceſſitus? Age verò ne ſemper forum, rostra, curiámque mediteris, quid eſſe poteſt in ocio, aut dus, aut magis proprium humanitati, quam ſermo facetus, in re rudis? Hoc enim vno præſtamus vel maximè feris colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo ſenſa poſ- Quamobrem quis hoc iure miretur, ſummeq; in eo elabo- arbitretur, vt quo vno homines beſtiis maximè præ- hoc hominibus ipſis antecellat? Vt verò iam ad illa ſumma quæ vis alia potuit, aut diſperſos homines vnum in lo- congregare, aut à fera, agreſtique vita ad hunc humanum cul- ciuilemque deducere, aut iam conſtitutis ciuitatis, leges, iudi- deſcribere? Aut ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, comprehendam breui: Sic enim ſtatuo: perfecti orato- ratione & ſapientia, non ſolum ipſius dignitatem, ſed & orum plurimorum, & vniuerſæ Reipubl. ſalutem maximè Quamobrem pergite, vt facitis adoleſcentes, atque in id in quo eſtis, incumbite, vt & vobis honori, & amicis vtili- Reipubl. emolumento eſſe poſſitis. *Cicer. libro primo de Ora-*

Ad ego falſo ſcripſi, cedant arma togæ, concedat laurea linguæ, armatos & pace bellum oppreſſi, audes eloquentiam vt mihi obiicere? Cuius ſemper nocens eguiſti patrocinio. An exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus & ſit eruditus? An vlla alia putas eſſe rudimenta, & incu- virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? *Cic. Salluſtium.*

quentia multæ vrbes ſunt conſtitutæ, plurima bella reſtincta, ſocietates, ſanctiſſimæ amicitiæ comparatæ. *Cic. libr.* 1. *de Rhet.*

torum non ſimplex, nec vna natura eſt, ſed hic fluit & redun- contra, ille breuiter & circumciſe dicere affectat, tenuis qui- ſiccus, & ſobrius amat quandam dicendi frugalitatem. alius & luculenta & florida oratione laſciuit. In qua tanta omniū ratione vnus omnino inuenitur Virgilius, qui eloquentiam genere conflauerit. *Macrobius lib.* 5. *Saturnalium, capite*

vna eſt de virtutibus Philoſophiæ: vt ſi plures interſint con- à diſciplinis, vt ſanciat diſſimulationem ſui, & patiatur maiori parti amicorum ſociare, ne rara nobilitas a tumultuoſiore turbetur: ita veluti orator non aliter niſi o- probetur, philoſophus non minus tacendo pro tempore, loquendo philoſophatur. Si ergo pauci aderunt doctiores, in rudis conſortii ſalua & inter ſe quieſcente veri notione : vt omnis diſcordiæ ſuſpicio faceſſat. *Idem libro* 7. *ca-*

ὦ Νικόκλεις ἡγοῦμαι μὲν εἶναι καλὰ μνημεῖα. καὶ τὰς τῶν σω- πολὺ μέντοι πλείονος ἀξίας τὰς τῶν πράξεων καὶ τῆς δια- ἐν τοῖς λόγοις ἄν τις μόνοι τοῖς τεχνικῶς ἔχουσι θεωρήσειε. id eſt, quidem ô Nicocles, pulchra monumenta eſſe corporum imagines: verum multo pluris facienda mentis & actionum quas in ſolis orationibus artificioſe compoſitis ſpectare *Iſocrates in Euagora.*

πολέμῳ πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείττων, ἐν τῷ ζῆν ὁ λό- πάντα.

Id eſt,

bello quidem ferrum auro præſtat ad defendendum ſe: in vita eruditio diuitiis. *Iſocrates.*

Neq; enim nobis operis amor eſt, nec quia ſit honeſta, atque re- pulcherrima eloquentia petitur ipſa, ſed ad vilem, & ſordidum lucrum accingitur. Qui imaginem ipſam eloquentiæ diuina qua- dam mente conceperit, quique illam (vt ait Sophocles non ignobi- lis Tragicus) reginam rerum orationem ante oculos poſuerit, fru- ctumque non ex ſtipe aduocationum, ſed ex animo ſuo, & contem- platione, ac ſcientia petet, perpetuum illum, nec fortunę ſubiectum facilè perſuadebit ſibi, vt tempora quæ ſpectaculis, campo, teſſeris, ocioſis denique ſermonibus ne dicam ſomno & conuiuiorum mo- ra conterunt: Geometræ potius ac muſico impendat, quanto plus delectationis habiturus, quam ex illis ineruditis voluptatibus? De- dit enim hoc prouidentia hominibus munus, vt honeſta magis iu- uarent. *Fab. lib.* 2. *c.* 1.

*De eloquentia defectu.* DIAL. CII.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Eloquium deeſt. R. Altero quærendi odii inſtrumento cares, na- turæ beneficium agnoſce, quæ vt magnum tibi in ancipites reos, ſic in te non parum fortunæ ius eripuit: multi propter eloquentiam periêre, ſi hinc dubitas vtriuſque eloquii principes interroga. Non minorum ob hanc cauſam paſſim pereuntium plena ſunt omnia. In quibus idem ipſe periculo qui excellentiæ eſt propior, ac notior fama. Sunt quibus obſcurum nomen propugnaculum eſt ſalutis. Finge autem abeſſe periculum, diſertis nunquam abeſt labor. Ni- hil eſt in rebus tam inane, pro quo tanti labores tantæque vigiliæ vltro ſuſcipiantur, flatus volatilis ſic exercet animum ſolida quaſi virtus in verbis ſit. D. Eloquentiæ nihil eſt mihi. R. Fortaſſe mul- tum ſecuritatis, quod non eſſet ſi eloquentiæ multum eſſet, multo- rum quoque in quibus & tuta forſitan vt vita, ſic & tutior fama e- rit. D. Nihil eſt eloquentiæ. R. Cura vt ſapientiæ ſit aliquid, vt in- nocentiæ, vt virtutis. Illa enim paucorum, hæc ſunt omnium. Non te inſignis poetarum, non te maior oratorum raritas trahat. Imò verò vide vt ſubitò dictum mutem, ſi te raritas allicit, hoc age, hac ad illam itur via. Indignum quidem vt nihil melius, ſic nil rarius virtute. Eloquentia ipſa, quam paucorum dixi, multo eſt crebrior quam virtus, adeo quod omnes poſſunt, omnes negligunt. Quod pauci poſſunt, omnes appetunt, omnes experiuntur. D. Verborum inops ſum. R. Rebus intende animum. In verbis enim flatus & la- bor, & eloquium, in rebus quies, virtus ac felicitas. D. Loqui neſcio. R. Multi quæ minus ſciunt, magis agere geſtiunt. Equitandi ine- ſcium equo impone, vix illum inde diuulſeris, te loquendi ignarum ſaltem pudor ad tacendum cogat, & ſi loqui neſcis quod alii audi- ant, diſce loquentes alios audire. Non eſt minus artificium tacere, quam loqui, cum ſit tutius, atque facilius. D. Non poſſum exprime- re quod in corde eſt. R. Si intellectu polles, magniſque & altis, qui in animo ſunt ſenſibus, iucunda vox, & volubilis lingua non ſuppe- tit, quieſce. Noli quod infeliciter ſuccedit retentare. Quid ergo? bono tuo non tantum æquanimiter, ſed lætè vtere. Alienum linque aliis, neu linguam, ſtilumque ſuperuacuo atteras. Sine inquam lo- qui alios, tu intellige, cum ſecretior, cum maior ex ingenio volu- ptas, quum ex eloquio percipitur, magiſque continua, & plus quie- tis, & inuidiæ minus habens. D. Coram multis loqui pudor impe- dit. R. Magnis hoc viris accidiſſe notum eſt, frontis imbecillitate non vitio linguæ, vel ingenii, quod ſi cum multis refugis, at cum paucis, ac cum vno loquere, vt clariores fatear conciones, dulciora eloquia non negabis, ſine id ipſum potes, ad te redi, tecum loqu ere, quod iam ſupra monui, tuumque domeſticum collocutorem exci- ta. Semper ille quidem præſto eſt, non inſidiatur, non irridet, non inuidet, non faſtidit, non exactam atque laborioſam quærit elo- quentiam, confabulationibus gaudet, familiaribus interruptiſque ſermunculis, quin & multa ſæpe loquenti ſilentio acquieſcit. Diſce tu illo teſte contentus eſſe, qui non qualiter, ſed quid dicas ſeu po- tius dicere velis, attendit. Diſce tibi theatrum honeſtiſſimum me- dio pectoris extruere. Diſce non hominum, ſed veritatis applauſum optare, & aliquando ſine ſtrepitu gaudere, contemnatque modeſtia quam perfecta nonnunquam extinguit eloquentia. Diſce denique non ad pompam loqui, quo vix maius malum vita hominum ha- bet. D. Blæſi oris ſum. R. Fles ne aliquid tibi commune cum Moyſe tali viro, & tam Dei amico? Atqui ſeu antiqua repetis, ſeu moderna circumſpicis, vt multi occurrent blæſi viri optimi, multique diſer- tiſſimi ſcelerati, ſic perrari quibus vtrumque contigerit: ſingularis eloquentia, & excellens virtus.

*De Eloquentia.* DIAL. IX.

GAV.

At præclarum eſt eloquium. R. Magnum fateor inſtrumentum gloriæ, ſed anceps, cuſpide gemina. Et hoc quoque qualiter vti ſcias refert plurimum. G. Eloquiū torrens eſt, & rapidū. R. Haud ineptè quidam ſtulti, atq; improbi eloquentiā furioſi gladio æquiparant, vtrunq; enim publicè inermē eſſe expedit. G. Eloquium clarum eſt. R. Clarū aliquid variè dicitur. Clarus ſol, Clarū incendiū. G. Præful- gidū eloquiū eſt. R. Et lugubres cometæ, & infeſti gladii & hoſtiles galeæ fulgēt, vt fulgor eloquētiæ glorioſus ſit, ſanctitate & ſapientia temperetur. G. Copia eloquii ingens eſt. R. Siquidem iuncta mode-

ſtiæ

ſtiæ magnum aliquid ſupraque communem hominum menſuram
non inficior. Alioqui mutum eſſe præſtabat. G. Eloquentiæ ſatis
eſt. R. Satis eloquentiæ, parum ſapientiæ fuiſſe in homine illo ſce-
leſtiſſimo apud Criſpum legis, neque is quidem gloriam eloquen-
tiæ quæſiuit vllam, quanquam altiore iudicio non eloquentia, ſed
loquacitas illa fuit. Verus enim orator, hoc eſt eloquentiæ magiſter
niſi vir bonus eſſe non poteſt. Quod ſi bonus & ſapiens putabas ad
oratorias laudes perfectumq; munus eloquentiæ, hunc verborum
impetum. qui ſæpe procacibus, atque inuerecundis vberior eſt, ſiue
hanc ipſam etiam dicendi peritiam ſatis eſſe, fallebaris: linguæ vo-
lubilitas, atq; verborum copia, & ars etiam quædam ſceleratis piis-
que communia eſſe poſſunt. Id quod quæris bonorum eſt, non o-
mnium quidem, ſed pauciſſimorum, ita vt mali omnes huius lau-
dis extorres ſint, ad quam ſcilicet, animi bona, quibus carent, virtus
& ſapientia requiruntur. Quod vt ſic eſſe non intelligas dicam. Sed
memineris duarum, de quibus loquor rerum, diffinitiones in men-
tem redeant, quarum altera Catonis, Ciceronis eſt altera. Ille ait.
Orator eſt vir bonus dicendi peritus. Iſte autem. Nihil eſt, inquit, a-
liud eloquentia, niſi copioſe loquens ſapientia. Ex his vides ad ora-
toris atq; eloquentiæ eſſentiam, & bonitatem & ſapientiam exigi,
nec tamen ſufficere, niſi & peritia adſit & copia: Ita vt primæ illæ
duæ virum bonum ſapientemque duntaxat, hæ autem ſolæ nec bo-
num, nec ſapientem, nec eloquentem quidem efficiant, ſed loqua-
cem. Omnes verò coniunctæ perficiant oratorem eiuſq; artificium,
quod profectò rarius atque altius eſt, quam putent qui in multilo-
quio ſitum ſperant. Tu ergo ſi oratoris nomen, & eloquentiæ ve-
ram laudem quæris, virtuti & ſapientiæ primum ſtude. G. Eloquẽ-
tia plena atque perfecta eſt. R. Pleno atque perfecto nihil deeſt, de-
erit autem multum ſi præmiſſa defuerint. Ante igitur quam de vni-
uerſo pronunties, hoc vnum tacitus tecum volue. G. Eloquentia
ſumma eſt. R. Supra ſummum nihil eſt, his ergo ceſſantibus iam
ſumma non erit, ſed caducum quiddam & informe, cui fundamen-
tum faſtigiumque detraxeris. G. Eloquentia dulcis & ornata eſt.
R. Dulcedo & ornatus iſte neſcio quid blandum ſeu doloſum, non
virile nec ſincerum præfert, ſed non pluris eſt apud rectos iudices
ſuauis & compta viri fallacis oratio, quam vel meretricis fucus, vel
mellitum virus, vel phrenetici robur, vel auari aurum, quicquid eſt
quamuis appareat, ac mulceat ſi principium eſſentiale defuerit, ni-
hil genitus aut nihilo proximum videri debet. G. Eloquentiæ fidu-
cia magna eſt; R. Magna ſæpe fiducia magnis periculis viam fecit, vt
animum attollat atque adiuuet, frenum accipiat, ſeſe norit, quod a-
gendum illud examinet, abſit inſolentia pariter & contemptus. Sin
progreſſa liberius virium obliuiſci cœperit, iam non fiducia ſed te-
meritas & audacia eſt, quo nihil eſt à ſapiente remotius, hæc in re-
bus omnibus agendis vt aſpectu pretioſior, ſic effectu periculoſior
ignauia eſt. Illa enim, domi pigros & inglorios tenet, hæc impellit
ardentes, & quos æſtimabatur promotura, præcipitat: hæc ſæpe bel-
laciſſimos viros oſtendit imbelles, cautiſſimos probauit incautos,
vtque ad te redeam qui diſertiſſimi videbantur, infantiſſimos pate-
fecit. Eloquentia ingens eſt. R. Vt ſit hiſtorico fides, inter vitia infi-
nita eloquentiam habitaſſe, verique locum teneat authoritas, neq;
dubium ſit, quod eloquentiæ princeps Rhetoricis ſcribit, eloquen-
tiam ſine ſapientia eſſe non poſſe, quæ vt liquet ſuperioribus aduer-
ſatur iſta tamen quolibet modo ſumpta eloquentia, certè quo ma-
ior eo damnoſior funeſtiorque, ſi ſola eſt. G. Eloquentia ſingularis
eſt. R. Hæc eſt quæ ſingulares viros & Grçcorum & noſtros in perni-
ciem traxit, quod ita eſſe Demoſthenes & Cicero & Antonius non
negabunt. G. Eloquentia plauſibilis eſt. R. Si innocenter abſque ia-
ctantia vtare. Vix vlla re citius multitudinis amorem tibi concilies,
& gloriam quæras, ſi quo niſi meræ virtutis artificio, quæri poteſt.
Sin arroganter atque improbè, perfacile tibi diſcrimen & multo-
rum odia tibi conflaueris. Sapientis dictum eſt cuiuſdam, mors &
vita in manu linguæ. Non vnius verò tantum hominis, ſed multo-
rum. Quorundam linguæ totas euertere Reſpublicas, euertentque.
Peſſimum nocentiſſimumque hominis malis membrum, lingua
eſt. Nil hac mollius, nil durius. G. Eloquentia ſonora eſt. R. Et ſo-
norum fulmen eſt. G. Eloquentia florida eſt. R. Et floridum Aconi-
tum. Denique verſa vt libet & reuerſa, & gloriæ habes viam ar-
duam, & inuidiæ pronam valde.

## § Apophthegmata.

*Demoſthenes*, immodicum eloquentiæ ſtudium obijcientibus, ita reſpondit: Eloquentiæ ſtudium declarare hominem popularẽ: contra negligere ſtudium eloquentiæ: eſſe eorum qui dominari populo quærerent, vt qui hoc agerent, non vt perſuaderent dicendo, ſed vi cogerent. *Plut. in Demoſth.*

*Idem*, Æſchines & Philocrates Athenienſium legati, cum Philippi Macedonis eloquentiam plurimum laudaſſent, Demoſthenes ait: Si eloquens eſt Philippus, habet hoc cum multis ſophiſtis commune. Senſit vir prudentiſſimus, regis virtutes nequaquam in eloquentia poſitas eſſe. *Plut. in vita Demoſth.*

*Æſchynes*, Quum Rhodi exul recitaret orationem ſuam aduerſus Demoſthenem, Rhodii demirati ſunt, quod tali oratione fuiſſet damnatus ab Athenienſibus. At deſineretis, inquit, admirari, ſi audiſſetis quæ ad hæc reſpondit Demoſthenes, damna[...]
reijciens in violentiam eloquentiæ Demoſthenicæ. *Philoſ-*
*ſon. lib. 4. c. 31.*

*Iphicrates*, in cauſa obrutus eloquentia patroni, qu[...]
tem defendebat: Aduerſariorum, inquit, melior eſt hiſtr[...]
fabula melior. Vt fabula nonnunquam exploditur vitio[...]
ita ſæpe melior cauſa vincitur à peiore, patroni infamia[...]
*Eraſm. lib. 5. apoph.*

*Thucydides* ab Archidamo Lacedæmoniorum rege [...]
tus, vter eſſet in palæſtra ſuperior, ipſe an Pericles: [...]
quit, ego hominem pugnando deieci, ille ſe negat [...]
vincit & ſpectatores à ſua ſententia deijcit, ſentiens ſe [...]
bus eſſe ſuperiorem, ſed Periclem eloquentia vincere, & [...]
vellet agere multitudinem. Nam Thucydides vir præp[...]
adminiſtranda republ. aduerſatus eſt Pericli. Eam co[...]
Archidamus palæſtram appellauit. *Eraſm. 6. apoph.*

*M. Antonius*, cui vel primas eloquentiæ patrum tr[...]
vir natura peracutus & prudens: Diſertos dicebat ſe [...]
tos, eloquentem omnino neminem. Inſidebat vide[...]
mente ſpecies eloquentiæ, quam cernebat animo, ſed [...]
non videbat. *Cicero in Oratore ad Brutum.*

## § Similitvdines.

*Philonis Iudæi.* Sicut medicorum quidam g[...]
mnium, fermè vitiorum, morborum, languorumque [...]
rum rationem veram & veriſimilem poſſunt reddere [...]
vehementer facundi, ſignorum & cauſarum, remedi[...]
quibus ars conſtat, interpretes optimi, in tractand[...]
corporibus ſunt ignauiſſimi, ne minimum quidem [...]
hibere idonei: ita qui ſe exercent in operibus ſapie[...]
verba negligunt, qui verò dicendi artes callent, nulla[...]
ſciplinam habent reconditam, *in lib. Quod deterius [...]*
*tur.*

*D. Auguſtini.* Iam ergo abs te didiceram, nec eo [...]
aliquid verum dici, quia eloquenter dicitur: nec eo [...]
compoſitè ſonant ſigna labiorum. Ruſus nec ideo [...]
impolitè enunciatur: nec ideo falſum, quia ſplend[...]
ſed perinde eſſe ſapientiam & ſtultitiam, ſicuti cibi [...]
les: verbis autem ornatis & inornatis, ſicut vaſis vrba[...]
nis, vtroſque cibos poſſe miniſtrari. *libro 5. Confeſſ[...]*
*ſexto.*

*Sicut cuius* pulchrum corpus, & deformis eſt animus [...]
lendus eſt, quam ſi deforme haberet & corpus; ita qu[...]
ea quæ falſa ſunt, dicunt, magis miſerandi ſunt, quam [...]
formiter dicerent. Quid ergo non ſolum eloquenter, [...]
ſapienter dicere, niſi verba in ſummiſſo genere ſufficie[...]
perato ſplendentia, in grandi vehementia, veris tamen [...]
audire oporteat, adhibere? *libro 4. capite 28. de d[...]*
*ſtiana.*

*Plutarchi*, Vt non ſatis eſt clauus, neq; frenum, niſi [...]
moderetur: ita non ſufficit eloquentia ad moderandum [...]
niſi acceſſerit ſermonis moderatrix ratio. *in Moralib.*

*Seneca*, Philoſophus etiam eloquens perinde eſt qua[...]
gubernator etiam formoſus ſit.

*Plinij* damnatur bombicina veſtis ſeu multitium, [...]
cens non tegat corpus, cum in hunc vſum ſit reperta [...]
denda facundia, quæ rem non explicat, ſed inuoluit, [...]
pertus ſit homini ſermo. *lib. 11. c. 22.*

Vt aquæ laus eſt, ſi nihil ſapiat (eam vitioſam [...]
aut ſuccus.) Ita à cæteris quidem requirimus eloqu[...]
logus hoc ipſo laudatur, quod infans eſt, & à muti[...]
*libus.*

*Vt non eſt* optima imago, quæ materia teſtatur [...]
aut artem pictoris, ſed quæ rem proximè repræſentat: [...]
eſt eloquentia, quæ non oſtentat ingenium dicentis, ſed [...]
mè oſtendit, *in ſimilib.*

*Plinij*, Vt buxus ſemper quidem viret, ſed alioqui [...]
xia, & ſemen habet omnibus inuiſum animantibus: [...]
præter orationis gratiam, nihil adferunt non fugiend[...]
*cap. 17.*

*Tiliæ cum habeat* radicem ac folia dulcia, tamen [...]
nullum animal attingit: ita quorundam oratio bla[...]
compoſita, ſententiarum nullus fructus. *libro 16. cap.[...]*
*lib. 1. c. 10.*

Vt fabula nonnunquam exploditur vitio hiſtrio[...]
melior cauſa à peiore patroni infamia, ſtultitiaue. *lib. 5. [...]*
*de Iphicrate.*

*Thriueri*, Qui manifeſta vitia nituntur excuſare [...]
tione, ſimiles ſunt pueris, qui exerto tergo putant ſe [...]
to capite. *in apoph. 113.*

*Rhetor* non ſemper perſuadet, nec medicus ſemper [...]
*Topic. 1.*

*Quantum* in bello poteſt ferrum, tantum in Repub[...]
quentia. *Demetr. apud Diog. lib. 5.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

… planta optimum fructum pollicetur, quæ pulcherri-… edit: ſed ſæpe contrario vilis aſpectu flos elegantiſſi-… exigit. Et ſubinde peſſima præſtat, qui pulcherrima … ſub eloquentiæ vmbra ſubinde latent morum vitia. *in* …

## ❡ Exempla Biblica.

…eloquentiæ exempla: Aaron, *Exod.* 4. v. 14. Apollos, *Act.* 18. v. 14. …24. v. 1.

## ❡ Exempla Profana.

…*Neſtorem ſenem* eloquentiæ laudibus celebrat. τοῦ καὶ … γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

…pretio inſignis, propter eloquentiam Mercurii filius … *Val. Flaccus* … *Argonaut.*

…eloquentia non apud quosvis Græcorum cœpit: ſed apud *Athe*-… non naſcentibus, ſed iam adultis Athenis.

…*Periclem & Thucydidem* litera nulla eſt, quæ quidem orna-… habeat, & oratoris eſſe videatur *Cic. in Brut.*

…*Romanos* diu exulauit eloquentia. Primus *M. Corn. Cethe*-… bello ſecundo Punico conſul fuit cum P. Tuditano 140. an-… Ciceronem conſulem) eloquens fuiſſe ſcribitur, cuius elo-… Q. Ennius. Hunc Florem delibutum populi, … medullam homines vocabant, *Theat. Zuuing fol.* 1107.

*M. Cato* Cenſorius annis nouem poſt Cethegum conſul fuit: cum … eloquentiæ laudibus inſignis: quem Cicero Lyſiæ confer-… Romanus Demoſthenes a quibuſdam dictus eſt: te-… *lib.* 25. c. 3.

*… Lælius & P. Scipio Africanus* in primis eloquentes fuerunt. … *Zuing. fol.* 11 7.

*M. Æmilius Lepidus*, Porcina dictus, paulo minor natu Galba, … orator fuit habitus. In quo primum lenitas illa Græcorum, … comprehenſio, etiam artifex ſtylus apparuit. *Theat.* … *fol.* 1107.

… illuſtris Orator fuit. Item *C. Gracchus*, cuius immaturo … Romanæ Latineq; literæ damnum fecerunt: qui, ſi vixiſ-… parem habuiſſet neminem. *Theat. Zvving fol.* 1107.

*… Catulus*, non antiquo illo more, ſed hoc noſtro (inquit Cicero) … incorrupta quadam Latini ſermonis integritate, cauſas e-… *Cic. in Brut.*

*M. Antonius & L. Craſſus* ſummi perfectique Oratores fuerunt, … præferas, ignores, 34. annis ante natum Ciceronem. … *Zving fol.* 1107.

… rebus inueniendis & verbis expeditus, fortis actor & … verbis, nec inops, nec abiectus. *Cic. in Brut.*

*… Pompeius*, vir ad omnia ſumma natus, maiorem dicendi glo-… habuiſſet: niſi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes … *idem.*

… genero ſuo neminem ſe nec ſtudio, nec induſtria ma-… *Cicero teſtatur, ibi.*

*… Hortenſio*, vt ſummi Oratoris laudes multis verbis perſequi-… Cicero in Bruto, eumque ſe magno ſtudio imitatum eſſe affir-… ex quibuſdam verbis ſubintelligi poteſt. *ibid.*

*… Pollio Auguſto* familiaris, cum Cicerone de eloquentiæ … contendere fuit auſus. *Theat. Zvving fol.* 1107.

*… Caluus, Ciceronis* æmulus, tanta vi Vatinium accu-…, vt Vatinius exurgens, exclamauit: rogo vos Iudices, … hic diſertus, ego condemnabor; ex hac inimicitia odium … in prouerbium abiit. *Cic.*

*… Alexander VI. Pontifex Max.* eloquentia vix ſimilem ſuo tem-… nemo erat, qui rem cautius proponeret, aut acrius de-… ſeu quovis cuperet, impelleret, ſeſe vnum omnium animis … accommodabat: cum iucundis de remiſſione, cum ſeueris de diſci-… de Repub. doctiſſime ſemper & mira quadam … loquebatur. *Volat. lib.* 12. *Anthrop.*

## ❡ Hieroglyphica.

*… ſerpentem* pro aſtu poni docti ſumus ex Ariſtotele dicen-… quædam eſſe aſtuta per ſe, ſicuti ſunt *Serpentes*: magis … lectione ſacra, quæ prudentiam huic in primis animali tri-… etiam de cauſa *Angues caduceo complicati*, putamus quod … voluerint, & calliditatem & prudentiam neceſſarias elo-…, quæ per *virgam* ſignificatur. Quippe quæ regat dictis ani-… Neq; deſunt, qui virgam aureã Mercurii manibus, à qua Deus … appellatur, dignitatis & excellentiæ, quæ illum or-… & ſcite & opportune norit orationem contexere, ſignum … contendunt. *Pier. Val. l.* 16. *p.* 145. *D.*

… *Sirenas* pro Hieroglyphico eloquentiæ, feliciſſima … perſuadendi vi poſuerunt. Vnde dictum illud de Catone Gram-… *Cato Grammat. Latina Siren. idem lib.* 20. *pag* 193. *B.*

… effigiem *Pſittaci* eloquentem hominem, qualem ſe negat … reperiſſe, ſignificant: cum nullum ex animalibus rationis … articulatius humanas explicet voces: id quod ideo præ-ſtat, quod linguam habeat latiorem carnoſioremque, & humanæ propemodum ſimilem *idem lib.* 23. *pag.* 214. *F.*

Suauem eloquentiam per hieroglyphicum *Apis* ſignificari ſunt nonnulli qui aſſerunt, *idem lib.* 26. *pag.* 241. *A.*

Herculem Galli lingua gentis vernacula Ogygium vocant. Porro Deum ipſum noua quadam atq; inuſitata figura depingunt: Senex apud illos eſt, ad extremum vsque occipitium recaluus, reliquis capillis, ſi quid ſunt, canis: cute rugoſa, & in aterrimum exuſta colorem, cuiusmodi ſunt nautæ iſti ſenes, Charontem potius, aut Iapetum quempiam ex iis, qui apud inferos verſantur, diceres: in ſumma quidvis potius quam Herculem eſſe coniiceres ex imagine: Atque tali ſpecie cum ſit, tamen Herculis ornatum gerit, vt qui tum leonis exuuium indutus ſit, tum clauam dextra teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum læua prætendat: deniq; modis omnibus Hercules eſt: Hæc equidem arbitrabar in Græcanicorum Deorum contumeliam perperam facere Gallos, cum eum eiusmodi fingerent effigie, quo nimirum illum talibus picturis vlciſcerentur: quod olim in regionem ipſorum incurſaſſet, prædas agens id temporis, cum Geryonis armenta veſtigans occidentalium gentium pleraſq; regiones peruaſtaret. At nondum etiam dixi id, quod erat in imagine maxime nouum atque mirandum: ſiquidem Hercules ille ſenex, ingentem admodum hominum multitudinem trahit, omnibus ab aure reuinctis: Porro, vincula, catenulæ tenues auro electroque confectæ, pulcherrimis iſtis monilibus aſſimiles; atque cum vinculis vsque adeo fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, cum alioquin commode poſſint, neque prorſus obnituntur, aut pedibus aduerſus trahentem obtrudunt, ſeſe reſupinantes: verum alacres, ac læti ſequuntur ducentem, admirantes, vltro feſtinantes omnes, & laxatis vinculis etiam anteuertere ſtudentes, perinde quaſi grauiter laturi, ſi ſoluerentur vinculis. Nec illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium abſurdiſſimum: Etenim quum non inueniret pictor, vnde cathenulatum ſummas anſas necteret, videlicet dextera iam clauam, læua arcum tenente, ſummam Dei linguam perterebrauit: atque ex hac religatis cathenulis eos trahi fecit: ipſe nimirum ad eos, qui ducebantur, vultum ac oculos conuertebat, arridens. Hæc ego quum diutius adſiſtens, eſſem contemplatus admirans, hæſitans; indignans Gallus quiſpiam, qui propius adſtabat, noſtratum literarum non indoctus, id quod pictura innuebat declarauit, quum Græcanicam linguam abſolute ſonaret: Philoſophus opinor, ex eo genere philoſophorum, quod apud illos eſt fertur: Ego tibi hoſpes, inquit, picturæ illius ænigma explicabo, nam videris vehementer ad eam attonitus, ac ſtupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur eſſe Mercurii, quemadmodum vos Græci: verum Herculi illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longe robuſtior extiterit. Quod ſenex fingitur, nihil mirere: ſiquidem vna facultas dicendi vel facundia conſueuit in ſenecta demum abſolutum vigorem oſtendere: ſi modo verum noſtri dicunt Poetæ:

*Obduci iuuenum denſa caligine pectus:*
*Contra ſenectam poſſe quiddam dicere*
*Rudi iuuenta melius ac præclarius.*

Hinc videlicet apud vos & Neſtoris lingula melli profuit, & Traianorum concionatores lirieſſam educunt vocem, videlicet floridam: Nam liria, ſi ſatis commemini, flores apellantur. Proinde quod ab auribus vinctos ad linguam trahit ſenex hic Hercules, qui non aliud quam ipſe eſt ſermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignoras linguæ cum auribus eſſe cognationem: Neque vero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea pertuſa eſt: nam memini, inquit, & iambicos quoſdam verſiculos è comœdiis apud vos diſcere.

*Si quidem viris loquacibus extrema lingua perforata eſt omnibus,*

Quin de eodem hanc habemus opinionem, vt quicquid egit, id oratione facundiaque confeciſſe putemus: vtpote virum ſapientem perſuadendo pleraq; ſibi ſubegiſſe. Iam tela illius nimirum orationes ſunt acutæ, miſſiles, citæ, atq; animum ſauciantes: vnde pennigera dicta vos quoq; appellatis. *Eraſmus & Budæus in Annotationibus in Pandectas.*

Perſuadere eſt bonum conſilium dare, Græcis ἀναπείθειν. Inde Pitho dicta eſt Dea, dicendi præſes, quam Ennius Suadam, Quintilianus perſuadendi Deam, Suadelam Horatius, Cicero leporem vocat. Hæc & flexanima dicitur, quaſi animum flectens, à Græcis ψυχαγωγός quaſi ductrix & oblatrix animæ: huius Deæ ſanctiſſimum olim nomen apud Gallos fuit.

*Marcus Cethegus dictus illis popularibus olim*
*Qui tum viuebant homines atq; æuum agitabant,*
*Flos delibutus populi.*

Probe vero: vt enim hominis decus ingenium, ſic ingenii ipſius lumen eſt eloquentia, quæ virum excellentem præclare tamen illi homines florem populi dixerunt, Suadæque medulla πειθὼ, quam vocant Græci, cuius effector eſt Orator. Hanc Suadam appellauit Ennius πειθὼ; in labris Periclis Eupolis ſeſſitaſſe ſcribit.

Mercurius filius Iouis & Maiæ, Deus eloquentiæ, nuntius diuorum, tegitur galero, vt oſtendatur aduerſus inuidiæ fulmina, ſolam eloquentiam plurimum valere: Item ſignificatur gratia, quam-

quis ſibi apud auditores eloquentia cumulat: item viuacitas: ea enim quæve præclara facta ab interitu aſſerit, dicente poeta:

*O ſacer & magnus vatum labor! omnia fato*
*Eripis & populis donas mortalibus æuum.*

Ouid.

*Iamq́ue opus exegi, quod nec Iouis ira nec ignis,*
*Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.*

Alata fert talaria: ſermo enim velox eſt, & ob id à Homero alata exprimuntur verba 1. Iliad. eodem enim momento ex ore loquentis egrediuntur, & auribus auſcultantium excipiuntur. Virgam defert, qua fingunt Mercurium animas ab orco vocare, aliis demittere, quod nihil aliud ſignificat, quam plurimos è mortis faucibus ſubtrahi, quo scarnifex expectet, mox ad ſupplicium rapturus, & ſi velit, in mortem impellat rurſus. Ita Cicero communi voce ob necatum Clodium, Milonem eripuit eloquentiæ viribus: ita & Popilium Lenatem, Cœlium & innumeros alios: Is eadem fandi maieſtate Lentulum, Cethegum, Sextilium, atque eius farinæ homines potentiſſimos morti tradidit. Eſt & eius virgæ natura, ventos excitare, & tranare nubila: quod indicat eloquentiam ſolum ſeditiones commouere, & ſi eas cupiat ſedare poſſe. Ita feciſſe Curionem apud Arminium in Cæſarem legimus: Ita & Cicero turgidum Cæſaris in Deiotarum pectus pacauit. Virga hæc ſomnos dat, ac adimit: Ita eloquētia inertes ſopitosque ad exercendum ſe admonet, quum præmia opulentiſſima proponit, & decoris memores eſſe iubet, ſopit nimiū audaces & temerarios, quum non orare ſit, ſed potius latrare. Serpens eſt implicitus virgæ, quod prudentia maxime oratorem deceat. *Boccacius lib. 12. c. 26. Cic. de claris Oratoribus.*

¶ EMBLEMATA.

Eloquentia fortitudine præſtantior.

Alciati Emblema CLXXX.

*Arcum læua tenet, rigida fert dextera clauam,*
*Contegit & Nemees corpora nuda leo.*
*Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud*
*Quod vetus, & ſenio tempora cana gerit.*
*Quid quod lingua illi leuibus traiecta catenis,*
*Queis fiſſa faciles allicit aure viros?*
*An ne quod Alciden lingua non robore Galli*
*Præſtantem populis iura dediſſe ferunt?*
*Cedunt arma togæ, & quamuis duriſſima corda*
*Eloquio pollens ad ſua vota trahit.*

¶ FABVLA.

De Arione.

De piſcibus nihil tali quod meminerim legi, niſi quod Delphines, neſcio qua humano generi familiaritate coniunctos ferunt: vnde & Arionem quendam tergo huius piſcis inſidentem, per tumidos fluctus maris euaſiſſe, hiſtorica ſeu potius fabuloſa narratio eſt. Vectorem ipſum fidelibus canentem faciunt, quo nauigationi facilior fides ſit, mulcente aures muſica & nauigium ſubleuante. Viſum eſt enim fabulam non admitti, niſi color mendacio quæreretur, gubernaculum, malus, vela, remi deerant, pro iis omnibus vnius muſicæ ſuauitas ſubrogata eſt.

*Vide locum de Facundia, vbi Adagia huc pertinentia inuenies.*

# Emptio.

¶ DEFINITIO.

EMPTIO, Græce ἀγορασία, ας, ἡ, & ἀγοράζω, emo dicitur. Hebr. *Miknah*, à verbo *Kanach*, emit, acquiſiuit, nactus eſt. Vnde emptitius adiectiuum. Emptitiæ res dicuntur, quæ emptæ ſunt: & emptitius miles, mercenarius.

¶ LOCI BIBLICI.

Emere & vendere quomodo oporteat, *Gen.* 23. *v.* 9 13. & 15. *v.* 13. & 33. *v.* 19. & 41. *v.* 57. & 42. *v.* 1. & c. *Leu.* 19. *v.* 13. 35. & 25. *v.* 14. 47. *Deut.* 15. *v.* 1. & 25. 13. 2. *Sam.* 24. 21. *Prou.* 11. *v.* 1. 26. & 16. *v.* 11. & 20. *v.* 10. 23. *Eccl.* 27. *v.* 2. & 42. *v.* 25. *Eſa.* 23. *v.* 18. *Ier.* 32. *v.* 6. *Ezech.* 45. 10. *Mich.* 6. 16, *Matth.* 7. 2. *Luc.* 14, 18. 1, *Cor.* 7. 30. 1. *Theſſ.* 4. 6.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Emptionis exempla: Abraham emit ſeruos, *Gen.* 17. *v.* 27. Speluncam duplicem, 23. 16. Iacob partem agri, 33. 19. Potiphar Ioſephum 37. 36. Iacob & filii eius frumentum, 42. *v.* 1. 2. Ioſeph terram Ægypti 47. 20: Dauid aream, 2. *Sam.* 24. 24. Amri montem Samariæ, 1. *Reg.* 16. *v.* 23. 24. Negotiatores Regis, 2. *Paral.* 1. *v.* 16. 17. Ieremias agrum, *Ierem.* 32. 7. Principes Sacerdotum agrum Figuli, *Matth.* 27. 7. Ioſeph ſindonem, *Marc.* 15. 46. Maria Magdalena, &c. Aromata, 16. *Ver.* 1. 2. Filius Dei Eccleſiam ſuam. *Act.* 20. 28. 1. *Cor.* 6. 20. & 7. 23. 1. *Pet.* 1. 19. 2. *Pet.* 2. 1.

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Turiaci*, mercaturam exercentes, absque omni [...] mnia: apud quos, ſi quis domum emerit, ſacra facere [...] Epicomæi fano, ſi vero prædium, in vico quem inhab[...] re coram magiſtratu ſolet, quod reuera iuſtè emat, ne[...] agat, nec arte dolore vllo. Eodem modo & magi[...] dentem iurare iubet, quod ſine malo dolo vendat. [...] *ne* 42.

*Themiſtocles* prædium diſtrahens iuſſit prona[...] num bonum illud habere. *Plut. in apoph.*

*Cornelius* aſinam pecunia onuſtam in forū pro[...] ſorum, eum fundum emiſſet. Vnde Corneliæ gent[...] mentum datum eſt. *Macrob. lib. 1. Satur. c.* 6.

*Q. Mutius Scæuola Pont. Max.* eloquentium iuris p[...] iuriſperitorum eloquentiſſimus: cum aliquando p[...] fundus, cuius emptor erat, ſemel indicaretur, idque [...] ſet: dixit, ſe pluris æſtimare; addiditque centum mil[...] officio boni viri non diſcedebat. *Rutil. in eius vita.*

*Hermes Philoſophus Ægyptius* auditor Syriani [...] ſcipulus Procli, ſub Hadriano principe, necnon m[...] doctrina præditus, ſi quid empturus, minus iuſto p[...] tur, ipſe nihilominus iuſtum promebat: ſi quid v[...] vltra appetebat. *Suid.*

# Epiſcopus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLO[GIA.]

EPISCOPVS componitur ex ἐπὶ quod ſignifica[...] ἡ, id eſt, ſpecula: & σκοπὸς, ȣ̃, ὁ, quod eſt ſpeculat[...] inſpectator interpretari. Inde epiſcopatus, [...] officium. Epiſcopium, locus vbi epiſcopus commo[...] *materia vide infra, vbi Prælatus.*

Nehem. cap. 11. *v.* 22. Huzzi filius Bani, Leuitarum [...] eſt inſpector, viſitator, præfectus, præpoſitus, Pekid [...] viſitauit, inuiſendi curam ſuſcepit,) nominatur à [...] Latino.

Epiſcopus, magiſtratus nomen fuit apud veteres Gr[...] nos, vt docet Etymologicon trilingue Lugdun. anno [...] pag. 280. 281. Ab Ethnicis ad functiones ſacras in Ecc[...] vox apte deducta: ibi nempe Epiſcoporum munus [...] mis. Nam de grege filii Dei ſeriò agitur.

¶ BIBLICI LOCI.

Chriſtus Dei filius vnicus animarum noſtrarum [...] ſcopus appellatur. 1. *Petr.* 2. 25.

Eccleſiæ veri paſtores & inſpectores Epiſcopi nom[...] 20. 28. *Phil.* 1. 1.

Epiſcopos fidos & verè Chriſtianos deſcribit Apo[...] 2. *Tit.* 1. 7.

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi:* quemadmodum medicus quando [...] tur ad infirmum, ſtatim de ſtomacho eius interroga[...] ponere primum feſtinat: quia ſi ſtomachus ſanus eſt, [...] validum eſt. Ita ſi ſacerdotium integrum fuerit, tota E[...] ſi autem corruptum fuerit, tota Eccleſia marcida eſt. [...] *homil.* 38.

*Sicut cor* ſapientiæ locus eſt: Ita ſacerdotes ſum[...] pientiæ ſpiritualis. *In Matth.* 21. *homil.* 38.

*Quemadmodum* quum videris arborem pallen[...] cidam intelligis, quia aliquam culpam habet circa [...] quum videris populum indiſciplinatum & irreligio[...] bio cognoſce, quia ſacerdotium eius non eſt ſanum. [...] *hom.* 38.

*Quemadmodum* qui principatum affectant filii, [...] intuentur longam patrum ſuorum ſenectutem: Sic & [...] cum viderint futurum, vt Epiſcopus ad longum ali[...] gnitatis ſuæ munere fungatur, quemadmodum [...] deturbare illum imperio ſatagunt: omnes in detur[...] fici cupientes, ac ſinguli honorem illum ad ſe deferri [...] piſcopus ſi rem recta ratione ac iudicio aggredi vole[...] tinus. Epiſcopo aduerſantur, donec illum eiecerint, [...] datos intromiſerint. Perinde eſſe videas, vt ſi quis g[...] tas habet eadem naui vna ſecum nauigantes, qui [...] tum nautis, tum vectoribus aſſidue horisque ſingu[...] *Lib. 2. de Sacerdotio.*

*Quemadmodum* in prælis videmus generoſiſſimos [...] lites alacriter manum cum hoſte conferere, confer[...] rat, fortiter occumbere: Ita oportere puto animatos eſſ[...] niſterii iſtius functionem ſe conferunt: videlicet vt [...] ſummoueri iuxta parati ſint. *Lib. 3. de Sacerdot.*

*Rex aliquis* ſi cui ex ſubditis honorem hunc impe[...]

...tatem habeat quoscunq; velit in carcerem coniiciendi, eosque relaxandi, is nimirum beatus ac mirandus iudicio omnium. At vero qui à Deo tanto maiorem accepit poteſtatem, ...cœlum terra precioſius eſt, quanto etiam animæ corpori- ...tant: hic itane vilem à Deo dignitatem accepiſſe nonnullis ...bet? *Lib.3. de Sacerdotio.*

...*des parentes*, ſi eorum liberi principes quoſdam magna- ...enderint, opem certe nullam illis afferre poſſunt: Quomo- ...doces, non principes, reges, ſed ipſum Dominum nobis in- ...& ſæpenumero concilient? *ibidem.*

...*ſacerdotij* optione propoſita (quod quidem regno tanto eſt ...ſius, quantum ſpiritus & carnis interuallum eſſe poteſt) ſu- ...ne quiſquam contemptus, ac faſtidii nos accerſere? Qui ve- ...abſurdum? eas prouincias paruas reſpuunt, vt deliros in- ...at eos qui hoc idem in maxime excellentibus factitant, libe- ...amentiæ crimine, inſolentiæ autem ac ſuperbiæ reos a- ...Perinde quaſi ſi quis eum, qui bouillum armentum deſpice- ...quis armentarius eſſe recuſaret, animi quidem inſolentia ne- ...prædītus eſſet, mentis autem alienatione prorſus laborare ...aretur? *ibidem.*

*...Hieronymus*: vt ſal omnem cibum condit, nec eſt aliquid tam ...quod abſque eo guſtum demulceat: Ita mundi totius & pro- ...Eccleſiæ condimentum Epiſcopus eſt: qui ſi infamatus fuerit, ...per negationem, ſiue per hæreſim, ſiue per libidinem & (vt ſe- ...dicam per vniuerſa peccata, à quo alio poterit condiri, cum ipſe ...omnium condimentum? *Contra Luciferianos.*

*Quandoquidem* & paſtores, quamdiu noxia beſtia moleſta non ...ſub dium aut populum porrecti, fiſtula canunt, ſinentes oues ...pro ſuo arbitratu paſcere. Verum ſimulatq; ſenſerint alicun- ...luporum incurſionē imminere, mox abiecta fiſtula fundam arri- ...omiſſo calamo, fuſtibus & ſaxis obarmant ſeſe, proque ſe- ...conſiſtentes, magno longoque eiulatu vociferantes, frequenter ...clamore feram priuſquam irrumpat, abigunt. Itidem & nos ...Superioribus enim diebus in Scriptura velut in prato lu- ...choreaſque ducentes nihil in oratione attigimus contentio- ...eo quod nullus eſſet qui nobis obturbaret, aut moleſtus ...Cæterum quoniam hodie lupis omnibus ſæuiores Iudæi oues ...circumuallaturi ſunt, ad pugnos & pugnam accingamur o- ...ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum. *Aduerſus ...rationem.*

*...Germaniij epiſcopi*: oculo corporis, quod eſt membris omnibus ...precioſius, Epiſcopum aduertimus ſignificatum, qui ...fidei ſuæ ac doctrinæ prædicatione, velut oculus quidam, Ec- ...corpus illuminat. Qui ſi per ſimplicem fidem ac ſanctam con- ...tionem, Catholicus & fidelis doctor, extiterit, poteſt populus ...doctrinæ ac formæ ipſius exemplo in lumine ſemper ve- ...manere. Verum ſi is qui lumen cæteris præbere videtur, per ...fidem, aut per turpem conuerſationem nequam & perfidus ...extiterit, ſine dubio vitæ ac perfidiæ ſuæ exemplo totum cor- ...tenebroſum efficere: Vnde non immerito de tali oculo ...dicit: Si lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, tenebræ ipſæ ...ſunt? hoc eſt, Si huiuſmodi doctor, qui lumen fidei ex ſe ...cæteris debet, per hæreſin occæcatus tenebroſus extiterit, ...in populo illo poſſint eſſe tenebræ peccatorum, debemus ...*in 6. cap. Matth. fol. 435.*

*Vide Paſtor, Prælatus, Sacerdos.*

---

# Equus.

¶ Biblici Loci.

Quis fortitudo à Deo eſt, *Iob.* 39. 22. Equi albi viſio, *Apoc.* 6. 2. ru- ...ꝟ. 4. nigri, ꝟ. 5. pallidi. ꝟ. 8. Equorum Salomonis numerus, 1. *Reg.* 4. 26. Equites eius, 10. 26. Equos ne multiplicet ſibi Rex, ...17. 16.

...*Hebr.* equus. *Sus* dicitur, & habet cognationem cum verbo *Nos*, ...eſt enim equus admodum celer in fuga.

¶ Philosophicæ Sententiae.

De equo. Dial. XXXI.

*Franciſci Petrarchæ.*

Gav.

Equo agili delector. R. Ferociſſimo, & inquietiſſimo animante, ...que & inexpleta voragine. G. Equo libens circumuector. R. ...multo eſt peius mari turbido quam frementi equo rapi. Nul- ...animal inſolentius domino ſuo eſt, nec inepte iam equorum ...moribus in prouerbium venit, bis equum male facere, quod ni- ...hinc humilis, hinc ſuperbus ſit, qui illis viribus, eaque pernicita- ...pro vili cibo fieri alterius, domarique & duris ſtringi faſciis, no- ...que & fune vinciri, freno frenari, ferro calciari pertuſa clauis vn- ...& ferro vrgeri, ferratum ferre victorem, turpem carcerem ac gra- ue ſeruitium pati poſſit? Inde autem quaſi indomitus non tantum pro libero ſeſe gerat, ſed vt domini ſui hoſtis agit omnia. Si curren- dum eſt, ſtimulos non audit. Si ſubſiſtendum, frena mordicus rapit. Si fremendum, torpet. Si latendum, fremit. Obſequioſum illud (vt perhibent) fidumque animal, de quo tam multæ iactantur fabu- læ, animal nobile, regium, optabile, colendumque, dignumq; quod enormi pretio comparetur, anxia nutriatur cura. Imo vero animal, quod ſi cōferantur cum obſequiis tædia, nemo ſapiens emat, nemo diligens paſcat, animal & otii impatiens & laboris, illo timidum, hoc deiectum, nunc impetuoſum animal, nunc ignauum, nunc audax, nunc trepidum, nunc volatile, nunc caducum, hinc culicum metuēs atque vmbrarum, hinc dominum ſuum ſpernens, diuerſiſque illum viis in diſcrimen trahens. Quis contumaciam, quis morſus, aut cal- ces explicet? Quis hinnitus, & aſcenſoris impatientiam, ac ſeſſoris Equidem, quot equorum mores, totidem equitum conſtat eſſe pe- ricula. G. Equorum ſtudio detineor. R. Mirarer, niſi ingentes viros vſque ad ludibrium captos hoc ſtudio meminiſſem. Quis Alexan- drum Macedonem non audiuit amato equo tumulum erexiſſe, vr- bemque de equi nomine appellatam? ſed nihil in illo mirabile vi- uente impetus & animi feruor facit. Mirabilior in Auguſto, quam- vis minor ineptia, neque enim vrbem equo ille ſuo inſtituit, ſed ſe- pulchrum, idque ipſum illi grauitati atque illi ingenio impar fuit. Nam diui Iulii monſtroſus ſonipes an ab ipſo, an ab alio ante ædem Veneris marmorea ſit conſecratus effigie, dubitari poteſt. Minor multo vel ætate vel gloria, verum opibus ac Cæſareo nomine pene æqualis Antonius Verus (vt ſileam) quem victum, quemve ami- ctum equo, quem immodice amabat, exhibuit certe & viuenti ſi- mulachrum aureum fieri fecit, & mortuo ſepulturam (quo grauius ſtomachemur) in Vaticano extrui, tot inter ſacra oſſa ibi condita, & condenda. Vix credibilia loquimur, vera tamen. Horum ſimilium- que conſcius vates heroum animas apud inferos quoq; equorum ſtudio deditas facit, nec minor ideo, ſed maior eſt vanitas, quæ tam magnos ad ſe animos trahere potens eſt. Neve quis priſcam tantum non modernam amentiam ſuſpicetur, redeat ad memoriam, nec longe ſeu loco, ſeu tempore requirēdus, adhuc enim viuit, nec dum ſenuit, & in terra Italica vobiſcum degit is quem nominare non eſt neceſſe, fortunæ vtique vir ingentis, nec parui ingenii conſiliiq;, vir alioqui magni animi, nec inſulſi, vbi quid ſerio agendum incidit, qui tamen ægrotanti equo quem amabat, aureum puluinar ac ſeri- cum cubile ſubſtrauit. Cumque ipſe interim podagra vinctus, atque immobilis medicorum legibus regeretur, nihilominus tamen aut ſeruorum vectus manibus, aut equo altero vix iniectus, & ſuos me- dicos ſecum ducens equum ægrum ſuum bis terq; cotidie viſitabat, illi ſuſpirans atq; anxius aſſidebat, illum leniter manu tractās, blan- do murmure ſolabatur. Quid multa? Nullum medicinæ genus in- tentatum, nil languenti amico debitum prætermiſſum fuit. Fabu- lam fortaſſe poſteritas vocet, vera res & magno in populo nota eſt. Sic vir fortis curam equi geſſit vt propriam: ſic extinctum luxit vt filium. G. Delectat equitare, R. Eſt id quidem vtile interdum, & ce- leritati adminiculum, & fatigationi remedium, & nobilitatis inſi- gne, nec inficior glorioſum vulgo extantem inſigni equo vehi, & cunctis excellere, nec vertice ſolo ſed humeris & toto pene corpore ſupra eſſe. Contra vero laborioſiſſimus, & ſæpe domino ſuo peſtifer immitis equus. Optes iter pedibus agere, tam nulla eſt reſpirandi vel minimum facultas, equeſtre periculum pedeſtri luto, ſeu puluere permutatum velis. Proinde multos media ad mortem rapuerunt equi, multos in mortem impulerunt, aut alliſerunt, aut corporibus oppreſſerunt. Quid? quod non vltimum belli ſemen equi ſunt? Tol- le, equos peregrinos, terris incurſus partemque maximam bellicæ cladis abſtuleris, vt quod de ventis in natura, quodque de Iulio Cæ- ſare in hiſtoria eſt quæſitum, expediens ne fuerit aut flare ventos, aut Cæſarem naſci, & de equis ſimiliter quæri poſſit. Tam multa ſunt vtrinque contraria. Nec immerito Theſſalia, quæ prima equos reperit domuitque, prima aureum argenteumq; numerum cudit, prima pelagus rate tentauit. Martis ſeminarium viſa eſt, quod non ſemel tot poſt ſæculis multo, claroq; ſanguine patuit. G. Quam me putas iuuet poeta noſter, vbi nobilis equi ſpiritum, moreſque de- ſcripſit? R. Nec te terret Hebræorum vates vbi ait, Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui aſcenderunt equos. Excute ſin- gula, non tam illud lene, quam hoc aſperum.

---

# Error.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

ERRARE eſt aliud pro alio putare, vel falſum pro vero putare. *ſecund. Auguſt.* Vnde error, qui Græce πλάνη, ης, ἡ, πλανάομαι error dicitur. Errare proprie eſt vagari. *Virgil. Recens à vulne- re Dido, Errabat ſylua in magna.* Sed quoniam pecudes errando, hoc eſt, vagando paſcuntur: errare aliquando pro paſci ponitur. *Virgil. Mille mea Siculis errant in montibus agnæ.* Item quia va- gando ſæpe à recta via deflectitur; errare aliquando pro peccare, &

delinquere accipimus, à quo ſit error, quo modo delictum ſignificat, modo erratum. Et vagatio, ipſa proprie erratio dicitur. Differt autem ſic error ab erratione, vt error ſit animi, erratio pedum. *Terentius: Sane hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.* Differunt præterea error, neſcientia & ignorantia ſic: Quod neſcentia ſimplicem negationem ſcientiæ importat: Ignorantia vero quandoque ſignificat ſcientiæ priuationem. Et tunc ignorantia eſt carentia ſcientiæ: quam quis natus eſt habere. Hoc enim eſt de ratione cuiuslibet priuationis. Quandoque autem ignorantia eſt aliquid ſcientiæ contrarium, quæ dicitur ignorantia peruerſæ diſpoſitionis: puta, cum quis habet habitum falſorum principiorum, & falſarum opinionum, ex quibus impeditur à ſcientia veritatis. Error autem eſt approbatio falſorum pro veris, vnde approbare falſa pro veris addit actum quendam ſuper ignorantia. Poteſt eſſe ignorantia ſine hoc, quod aliquis de ignotis ſententiam ferat. Et tunc ignorans eſt, & non errans. Sed quando iam falſam ſententiam fert de his, quæ neſcit, tunc proprie dicitur errare. *Ex B. Thom. in quæſt. de Malo. quæ. 3. artic. 3.*

### ¶ Biblici Loci.

Errores difficile corriguntur, *Actor.* 10. 45. erroris efficacia, 2. *Theſſ.* 2. 11. Error pro deceptione, *Epheſ.* 4. 14. 22. 4. 1. *Theſſal.* 2. 3. 1. *Tim.* 4. 1. *Iud. ver.* 11. pro illuſione, *Eſai.* 30. 10. pro imagine, *Eſai.* 45. 16. pro incogitantia, *Geneſ.* 42. 12. *Eccleſ.* 10. 8. pro vanitate, *Iob.* 15. 31. *Eſai.* 30. 20.

### ¶ Sententiae Biblicae.

*Errare.*

Errare faciet quaſi ebrios. *Iob.* 12.
Et dixi, ſemper hi errant corde. *Pſal.* 94.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo. 105.
Et errare fecit eos in inuio, & non in via. *ibid.*
Erraui ſicut ouis quæ periit. 118.
Animæ doloſæ errant in peccatis. *Prou.*
Errant qui operantur malum. 14.

Deus in iudicium adducet omne opus, cum omni occulta re, ſiue quid bonum, ſiue malum fuerit. *Eccl.* 22.

Nos omnes errauimus tanquam ouis, quisque viam ſuam ſectatus. *Eſa.* 53.

Propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam ſuper illum: & delebo eum (, dicit Dominus) de medio populi mei Iſrael. *Ezech.* 14.

Erratis neſcientes ſcripturas. *Matth.* 22.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Intereſt in quantum, & quibus rebus erretur, & quam facile ſe quisque corrigat, vel quanta pertinacia ſuum defendere conetur errorem. *Aug in epiſt. ad Marcell.*

Nimis peruerſe ſeipſum amat, qui & alios vult errare, vt error ſuus lateat. Quanto eſt melius & vtilius, vbi ipſe errauit, alii non errent, quorum admonitio errore careat? Vos qui me multum diligitis, ſi talem me aſſeritis, vt nunquam in ſcriptis meis erraſſe dicatis, fruſtra laboratis, non bonam cauſam ſuſcepiſtis, facile in ea, me ipſo iudice, ſuperamini, quoniam non mihi placet, cum à chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor, qualis non ſum profecto: non me, ſed pro me alium, ſub meo nomine, diligunt, ſi non quod ſum, ſed quod non ſum diligunt. *ibidem.*

Non placet ſententia Tullii maximi authoris Romani eloquii, qui nullum vnquam verbum inquit, quod reuocare vellem, emiſi: quæ quidem laus, quãvis præclariſſima videatur, tamen credibilior de nimium fatuo, quam de ſapiente profecto. Sed in bonam partem accipiatur: vt quempiam fuiſſe talem credamus, qui cum ſapienter omnia loqueretur nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emiſit: hoc potius de hominibus Dei qui à Spiritu ſancto laudati ſunt, quam de illo, quem ſic Cicero laudat, ſaluberrima pietate credendum eſt. Ab hac ergo excellentia tam longe abſum, vt ſi nullum verbum, quod reuocare velim, protulero: fatuo ſum quam ſapienti ſimilior. Illius quippe ſcripta ſumma ſunt authoritate digniſſima: qui nullum verbum non quidem reuocare vellet, ſed quod reuocare deberet, emiſit. Non mihi igitur Tulliana illa blanditur, ſed angit me plane illa Horatiana ſententia. *Neſcit vox miſſa reuerti. ibid.*

Diligendi ſunt homines, vt eorum non diligantur errores. *Aug. in epiſt.*

Nonnullis errare profuit aliquando, ſed in via pedum, non in via morum. *ibid.*

O quam deteſtandus eſt error hominum, qui clarorum virorum quædam non recte facta laudabiliter ſe imitari putant, à quorum virtutibus alieni ſunt. *De vnico Baptiſmo.*

Nihil grauius, quam errantem adeo deſeri, vt ſe reuocare non poſſit. *Amb. in l. de Cain. & Abel.*

Nonnulli dum plus exquirunt contemplando quam capiunt, vsque ad peruerſa dogmata erumpunt: & dum veritatis diſcipuli eſſe negligunt humiliter, magiſtri erroris fiunt. *Greg. l. 8. mor.*

Quidam eorum, qui libenter habent criminari proximos ſuos adſcribunt nobis & doctrinæ noſtræ crimen blaſphe[...] bis nunquam audierunt. Dicunt enim patrem mal[...] nis eorum, qui de regno eiiciuntur, id eſt, diabolu[...] ſaluandum, quod nec aliquis quidem mente capt[...] ſaniens dicere poteſt. Sed nihil mirum videtur, ſi ad[...] na mea ab inimicis, & illa corruptione corrumpatu[...] eſt epiſtola Pauli Apoſtoli. Nam quidam ſub nomin[...] epiſtolam conſcripſerunt, vt turbarent Theſſalonic[...] ſtaret dies Domini, & ſeducerent eos. *Orig. in epiſt.* [...]

Multis qui in pace eccleſiæ negligenter vixera[...] & in flagitia aliqua cecidiſſe profuit, dum poſt [...] erecti vigilantius Domino ſeruire cœperunt, & qui [...] in innocentia ſtare videbantur, per accidentem [...] niti, ſunt ſolertius erga ſui cuſtodiam contra omne[...] inſidias accincti, ita, vt qui nec propriam vitam [...] rant, poſtmodum etiam ſupernæ ſalutis cum [...] gerant. *Beda ſuper Eſdr.*

### ¶ Apophthegmata.

*Diogenes*, cuidam obiicienti, quod aliquando falſ[...] netam (nam hanc ob rem iuſſus eſt exulare.) Fateor, [...] tempus, quo talis eram, qualis tu nunc es: qualis [...] ſum, tu nunquam futurus es. Notabat eos, qui iuue[...] aliis reprehendunt, quum ipſi ne in ſenectute qui[...] ſuos. *Laert. l. 6.*

*Idem*, quodam item obiiciente Diogeni, & exiliu[...] lud ei perpeſſum exprobrante, reſpondit Diogenes: T[...] celerius etiam iuuenis reddebam lotium, nunc non [...] circuitione notauit iuuenilem ætatem, quæ facili[...] rem veſicæ, quum ſenibus moleſta ſit. *Laert. l. 6.*

*Anonymus*, quidam ſeruo, qui dum puniretur dice[...] lens erraui: Non volens, igitur (inquit) pœnas dato. V[...] dem, ſed frigida excuſatio eſt. Inſciens feci. Vigilandu[...] committeret imprudens. *Plut. in Lacon.*

*Munatius*, facti pœnitens, quod Fabium inf[...] poſtea eſſet adiutus: Ad commilitones, Boni (ait) [...] eſt, ſi errauerit in reliquum tempus doctorem ſe [...] *Bruſ. l. 5. c. 12.*

*Scipio Affr.* Turpe eſſe aiebat, in re militari dicere, N[...] Videlicet, quia explorato, & excuſſo conſilio, quæ [...] adminiſtrari oportere, ſumma ratione arbitrabatur. [...] *cap. 2.*

### ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi* nihilominus error gentilis ſuperſtitio[...] nullo vnquam obturbaretur, & profunda quiete fru[...] extinctus eſt, & in ſemetipſo in diuerſa corruit. N[...] corpora diuturnæ putredini obnoxia: quę licet à nullo [...] per ſe tamen ſponte diſſoluuntur, paulatim abolen[...] *tiles & in Babylam matrem.*

*Archytæ philoſophi*, quemadmodum fabrum, [...] beatur, aliquoties in operibus, quæ præ manibus ſu[...] errare, itemq; ducem, gubernatorem, & in vniuerſ[...] non negamus, quin artis habitum acquiſierint: Ita ne[...] tem temporibus quibusdam, aut iniuſte agentem, [...] ctantem, in numero improborum habebimus, ſed err[...] nabimus. *In libr. de doctrina moral. Meminit etiam* [...] *Virtute, qui eſt in ordine primus.*

*Seneca:* vna tuſſis non facit phthiſin, ſed in morem [...] error non ſtatim gignit animi morbum.

Vt in magna ſtrage alius alium trahit in ruinam: [...] errore, alius alium ſecum trahit ad perniciem.

*Anonymi:* climeno herba ita morbo medetur, [...] ferat etiam in viris: Ita quidam malum aliquod ita [...] liud diuerſum admittant. *in Simil.*

*Vt ſolis* defectus magnam mortalium perniciem [...] error etiam leuis, magnam tamen in rebus humanis [...] bationem. *in Simil.*

*Qui noctu* optime vident, fere interdiu conni[...] obſcuris ſolers eſt, fit vt aliquando in re manifeſta [...] *poph.* 85.

*Thriueri*, multa ſunt vitia, quæ excæcant, glaucom[...] aliud, incurabile eſt, quippe cæci ſunt, ſed quaſi vident[...] plorati & admirabiles, qui ſeſe errare ſciunt: & tamen [...] ſcere nolunt, aliosque peruertere contendunt. *in apoph.* [...]

*Quemadmodum* malum quod in aliquo membro [...] tur, toleratur: ſed quo proximum continue violat, [...] certe exuritur: Ita multo tolerabiliora ſunt vitia, [...] prio authori officiunt, quam quæ proximum quemque [...] *apoph.* 119.

*Qui ſemel* aberrat in quadriuio, fere in varia diuer[...] deuiat: nec errorem bene explicat, niſi regreſſus quaſi [...] ineat: Ita qui errare cœpit, facile multos errores con[...] tim intermittat ac quaſi recens ad intermiſſam [...] *in apoph.* 58.

¶ ADAGIA.

...dem oberrare chorda. *Horatius.*
*...concinne dicetur, qui vel in ſimili re crebrius peccant, vel ...eandem iterum atq; iterum committunt.*
...m eundem ad lapidem offendere. δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν ...λίθον.
*Sapientis haud eſt bis in eodem labier. Zenodot.*
Vulpes non iterum capitur laqueo. ἀλλ᾽ οὐκ αὖθις ἀλώπηξ παγίσι.
*...undi eſt hominis, in malum guſtatū incidere.* Ein alter fuchs ...t nit bald ins garn. item, der alte Eſel kommet nit gern auff ... da er einmahl gefallen iſt.
...on licet in bello bis peccare. ἁμαρτεῖν οὐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ.
*In rebus periculoſis non eſt tutum labi.*
Venia primum experienti. συγγνώμη πρωτοπείρῳ.
*...ſcendum his, qui rudes nouo quopiam in negotio incipiūt ver... ſi quid per imperitiam peccarint.*

Sus in volutabro cœni. ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.
Canis reuerſus ad vomitum. κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. *Idem Quadrabit in eos, qui relabuntur in eadem flagitia.*
Decipienti ſemel.
*...Campanus, decipienti me ſemel Dij male faxint: faxint ...bene ſi bis idem deceperit. Confine illi: Improbe Neptunum accu... iterum naufragium facit.* Wer mich einmahl betrogen hat/ ...ich nit mehr betriegen.
In limine offendere. In portu impingere. *Virg. Hieron.*
*Pro eo quod eſt: Statim in ipſo operis ingreſſu peccare. In limine ...ſtere, idem.*
Cantherius in porta.
*Natum à Sulpitio Galba quodam, cui quum in prouinciam ituro ...therius in porta cecidiſſet: Rideo, inquit, Cantherie in porta, cum ...longum iter ſis iturus, iam laſſum eſſe te, cum vixdum ſis in... greſſus.*

## Erubeſcentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ERubeſcentia, Græce ἐρυθρίασις, εως, ἡ, ἐρυθριάω, erubeſco dicitur. Eſt autem erubeſcentia, timor inconuitii, expectatione. *ſecund. Ioannem Damaſcenum lib. 2. c. 15. Et ſecundum eundem* hæc ...tropma paſſio.
Differunt erubeſcentia & verecundia, quòd erubeſcentia eſt de ...endo; verecundia de turpi facto. *ſec. B. Thom. 1. Sec. quæſt. 45. art. 4.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Erubeſcentiæ exempla: Serui Ehud, *Iud. 3. v. 42. 25.* Eliſæus, 2. *Reg.* ... Eſdras, 1. *Eſdr.* 8. 22. 3. *Eſdr.* 8. 52. duo Presbyteri, *Dan.* 13. 11. Serui, ... aduerſarii Chriſti, *Luc.* 13. 17.

*Vide Pudor, Verecundia.*

## Eruditio.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

ERuditio, Græce παιδεία, ας, ἡ. & παιδεύω, erudio dicitur. Etenim rudis, ſiue raudus proprie dicitur res rudis, aſpera, & imperfecta. Ideo hominem imperitum, rudem nominamus, à quo fit erudio, quod eſt doceo, inſtruo: & eruditio, doctrina & erudite aduerbium, docte: ita & ruditas, imperitia, & obtuſitas ingenii: & rudis, impolitus, à quo rudiculus diminutiuum. Sane rudis etiam erat virga, qua emeriti gladiatores donabantur. *Iuuenalis ergo ſi dabit ... rudem, id eſt, libertatem & finem pugnandi.* Præterea nouum ...dus eſt materia pauimenti, hoc eſt, ſaxa de nouo contuſa, ſeu teſtæ ...ſæ ad pauimentum faciendum, & rudis vetus materia veterum ...mentorum, & diruptorum ædificiorum quæ lapidibus & teſtis ...fractis calceque ac arena conſtat. *Plinius: Complanata veteri ...dere erant via,* ab Hebræo verbo *Lamadh*, id eſt, didicit. Cognationem habet cum Madadh, menſurauit: nam diſcere eſt menſuram cognitionis ſuæ plura adicere. Hinc Græcis veteribus per aphæreſim, ...disco, pro quo hodie vſurpatur μανθάνω, & qui diſcit, μαθητής ...diſcipulus, μάθημα, μάθησις, diſciplina, eruditio. A Lamadh, deriuatur *Limmudh*, diſciplina, & per auxeſim diſcipulus, 1. Chron. 25. 8. & ...madh adiectiuum, id eſt, doctus, eruditus, Ezech. 27. 23.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Menander.

Ἀναφαίρετον κτῆμ᾽ ἐστὶ παιδεία βροτοῖς.
*Inſeparabilis poſſeſsio eſt eruditio mortalibus.*
Ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ.
*Omnes eruditio manſuetos facit.*
Βραβεῖον ἀρετῆς ἐστὶν εὐπαιδευσία.
*Brabeum virtutis eſt bona inſtitutio.*
Βλέπων πεπαίδευμ᾽ εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά.
*Inſpiciens eruditus ſum in aliorum mala.*
Γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν.
*Literas diſcere oportet, & diſcentem mentem habere.*
Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.
*Duplum vident, qui didicerunt literas.*
Βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου.
*Suſtentaculum enim eſt eruditio vitæ.*
Κάλλιστόν ἐστι κτῆμα παιδεία βροτοῖς.
*Pulcherrima eſt poſſeſsio eruditio mortalibus.*
Κἂν τοῖς ἀγροικοῖς ἐστὶ παιδείας λόγος.
*Et inter agreſtes eſt eruditionis ſermo.*
Καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σφόδρα.
*Pulchrum eſt etiam ſeni diſcere vehementer.*
Τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς.
*Honor eſt omnibus eruditio mortalibus.*
Ὁ γράμματ᾽ εἰδώς, καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει.
*Qui literas nouit, egregiam mentem habet.*
Ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
*Sapiens in ſeipſo circumfert ſubſtantiam.*
Ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος παιδεύεται.
*Non percuſſus homo non eruditur.*
Ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων.
*Literarum expers non inſpicit aſpiciens.*
Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ;
*Quam nihil diſciplina niſi mens adſit?*

¶ SIMILITVDINES.

*Democrati:* quemadmodum mœnia ciuitatibus, ſic animi mens per diſciplinam exculta decus munimentum præſtant. *Apud Ant. in Meliſſa part. 1. ſerm. 50.*

*Plinij*, vt laurus tota viret perpetuo: Ita doctrinæ fama non ſeneſcit, neque marceſcit. *Lib. 5. c. 30.*

*Terra quæ* gignit ſalem, nihil aliud gignit: Sic ingenia fœcunda in literis, in cæteris vero rebus non perinde valent. *Lib. 31. c. 7.*

*Ioannis Ludouici Viuis:* eruditio paſtus ingenii veriſſimus, vt indignum ſit, paſci corpus, eſuriente animo: ex qua voluptates & oblectamenta, & ſolida & perpetua: quæ alia ex aliis naſcentia, & ſe renouantia, nunquam nos deſerunt, nec laſſant. *In introductione ad Sapientiam, c. 4. fol. 38.*

*Thriueri*, vt flamma lignis quotidie magis ac magis accenditur: ſic virtute præditi animus, literis nunquam ſatiatur. *in Apoph. 37.*

*Quemadmodum* terra licet optime culta ſit, & ſemine obruta, non tamen fruges vllas edit, niſi cœli aeriſque clementia accedat: Sic eruditio diuerſarumque artium ſcientia nequaquam ſolis præceptis innititur, ſed ſurſum datur, ac cœleſti irrigatione demum perficitur. *in apoph. 14.*

¶ FABVLA.

Hirundines & Olores.

Hirundines oloribus conuitia faciebant, & exprobrabant illis obſcuritatem Muſicæ illorum. Quid enim, inquiunt, prodeſt vobis conceſſa à diis ſingularis canendi facultas, qua primum rariſſime vtamini, deinde per loca deſerta, auſcultantibus fluminibus ſcilicet & pratis abuti videamini? Ipſi ſcilicet inter vos ſuauiſſimos modos, vt fertur, cietis. Pudetne igitur cum celatis aut inuidetis hanc voluptatem hominibus? Nos quidem non ſolum vrbes, ſed domos ipſas, & tecta atque conclauia ædium cantu replemus. Quid quæritis argumentum carminis? Proprium enim eſt & vetus & Atticum: Pandion, Athenæ, Thereus, Thracia, Barbarorum affinitas, contumelia, linguæ exſectio, mirificum iudicium literarum. His accedit litis & forma noſtra mutata. Vix reſponſione dignatas ſtolidas auiculas, vnus tandem ex agmine olorum ſic alloquitur: Noſtra cauſa, ſi hominibus notum fit tempus quo ad fauonii flatus pandimus alas, & illum ſuauitatis modulatorem ſpiritum admittimus, plurimi in hec deſerta loca venturi ſint; ſed nobis vulgari ſanctiſſimam ſcientiam turpe viſum. Neque in copia ac multitudine, neque temere, ſed exquiſita, & abſoluta illa omnibus numeris vti pulcrum: corrumpere autem quaſi proſtitutione quadam ſceleratum ducimus. At vos à tectis & ſedibus ſuis repellunt homines & veſtros cantus auerſantur, neque immerito, quippe quæ ſilere ne exciſis quidem linguis ſciatis in illa ipſa deploratione mali veſtri loquaciores, quam vlli qui voce & lingua famam & gloriam quærunt. Vos quidem abite, & ingrata Muſica veſtra moleſtæ: vt hactenus eſtote mortalibus. Nos neque ingeremus vltro carmina noſtra, neque ſæpe tractando violabimus Muſarum ſacra, non prius in vrbibus cantaturi, quam non modo hirundines, ſed etiam monedulæ ex his exceſſerint.

Hoc innuit fabula præſtantiam artium, neque locum dignitatis habere, neque vllo in pretio eſſe vulgo & apud imperitos. Cauere igitur eruditos ſibi & Muſis.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# Euangelium.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

EVangelium, Græca dictio eſt. ἐυαγγέλιον,ου,τὸ, & eſt bona annunciatio, nam εὖ bene, & ἀγγέλλω, nuncio dicitur.

In eccleſia, Euangelium eſt prædicatio gratiæ Dei peccatoribus reſipiſcentibus per Chriſtum partæ & efficaciter credentibus, & Deum timentibus oblatæ ad vitam æternam.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Euangelium, pro hiſtoria per Euangeliſtas conſcripta: vt cum dicitur. Euangelium ſecundum Matthæum, Marcum, &c. Vt interpretatur Lucas, *Act.* 1. 1. pro Euangelica doctrina, ſeu ſalutis doctrina, non ab hominibus excogitata, ſed è cœlo, (*Ioan.* 1. 18.) ad nos allata, *Marci* 16. 15. *Gal.* 1. v. 6. ſicut prædictum fuit. *Eſaiæ* 52. 7. vt mutua ſit inter fidem & verbum prædicatum relatio, *Rom.* 10. 17. pro doctrinæ illius ſalutiferæ annunciatione. *Rom.* 1. v. 6. & 15. 19. 1. *Cor.* 4, 15. & 9. 14. 2. *Cor.* 8. 18. *Philip.* 4. 15. & 2. 22. *Col.* 1. 5. 1. *Theſſ.* 3. 2. 2. *Theſſ.* 2. 14. 2. *Tim.* 1. 8. & 2. 8.

Euangelium Crux interdum dicitur, *Gal.* 5. v. 11. & à Petro λόγος, id eſt ſermo, per excellentiam dicitur. *Act.* 10. 36.

Euangelium Chriſti, *Marc.* 1. v. 1. *Rom.* 1. 9. & 15. 19. 2. *Cor.* 2. 12. & 10. 14. *Gal.* 1. 7. 1. *Theſſ.* 3. 2. 2. *Theſſ.* 1. 8. Dei, *Rom.* 1. 1. 2. *Cor.* 11. v. 7. 1. *Theſſ.* 2. 2. 8. 9. 1. *Pet.* 4. 18. Regni Dei, *Marc.* 1. 14. Miniſtri Euangelii aliquando ſuum illud vocant, *Rom.* 2. v. 16. & 16. 25. 2. *Cor.* 4. 3. 2. *Theſſ.* 2. 14. 2. *Tim.* 2. v. 8. Euangelium gloriæ Dei nomine ſignificatum, *Rom.* 1. v. 16. 1. *Tim.* 1. v. 11. Euangelium lacti comparatur, 1. *Pet.* 2. v. 2. (*Vide* 1. *Cor.* 3. 2.) Euangelium vocatur lex fidei *Rom.* 3. v. 27.

Euangelium eſt æternum, *Apoc.* 14. 6. arcanum, *Epheſ.* 1. 9. & 3. 3. & 6. 19. *Col.* 1. 26. & 4. 3. 1. *Tim.* 3. 9.

Euangelii effecta: Fides, 1. *Tim.* 4. 6. illuſtratio vitæ, 2. *Cor.* 4. 6. 1. *Tim.* 1. 10. pax, *Epheſ.* 6. 15. reconciliationis miniſterium. 2. *Cor.* 5. 19. Regnum Dei ſtabilire, *Matth.* 3. 2. & 4. 23. & 9. 35. & 24. *Mar.* 1. 14. *Luc.* 16. 16. *Coloſſ.* 4. v. 11. regimen vitæ, *Gal.* 6. 16. ſalutis collatio, *Act.* 13. v. 26. & 28. 28. *Rom.* 1. 16. Spiritus adminiſtratio, 2. *Cor.* 3. 8. vitæ collatio. *Act.* 5. *Phil.* 2. v. 16.

Euangelii ſubiectum Chriſtus, & eius gloriæ illuſtratio. *Rom.* 1. 3. 2. *Cor.* 4. 4. hinc fit, vt teſtimonium Chriſti nominetur, 1. *Cor.* 1. 6. & 2. 1. 2. *Tim.* 1. 8. Dicitur virtus Dei, *Rom.* 1. 16. 1. *Cor.* 1. v. 18. 24.

Euangelium quibus manifeſtum, *Matth.* 11. 25. & 13. 11. *Luc.* 10. 21. omnibus & palam in toto orbe annuntiandum, *Matth.* 10. 27. & 24. 14. & 28. 19. *Marc.* 13. 10. & 16. 15. *Lu.* 12. v. 2. 3. & 24. 47. *Tit.* 2. 11. vbique annunciatum, *Col.* 1. 23. calumniis obnoxium, *Rom.* 3. 8. quibus opertum, 2. *Coloſſ.* 4. 3. per prophetas promiſſum, *Rom.* 1. 2. afflictionibus promouetur, *Philip.* 1. v. 12. 13. à paucis recipitur, *Eſa.* 53. 1. *Matth.* 7. 14. *Rom.* 10. 16. & 11. v. 3. 5. Euangelii certitudo, 1. *Cor.* 25. 1. *Gal.* 1. 8. 1. *Pet.* 1. 12. 2. *Pet.* 1. 16.

Euangelio omnia poſthabenda. *Matth.* 13, 46.

Euangeliſtæ dantur Eccleſiæ à Chriſto. *Eph.* 4. 11.

Euangelizare abſolute poſitum pro prædicare. 1. *Cor.* 15. 2.

Euangelizare paſſiue, pro Euangelium annunciari, aut Euangelii prædicatione dignari. *Eſai.* 61. 1. *Matth.* 11. 5. *Luc.* 4. 18.

Euangelizanti debetur neceſſaria vitæ ſuſtentatio, *Matth.* 10. 9. *Marc.* 6. 8. *Luc.* 9. 4. & 10. 7. *Rom.* 15. 26. 1. *Cor.* 9. v. 7. 11. 13. *Galat.* 6. 6. 1. *Tim.* 5, 17. 2. *Tim.* 5. 17. 2. *Tim.* 2. 6. Vide Eccleſia.

Euangelii confirmatio ex donis Spiritus ſancti. 1. *Cor.* 1. 6. ex S. Pauli conſtantia, *Phil.* 1. 7. ex multitudine verè credentium in Chriſtum, *Col.* 1. 6. ex Prophetarum oraculis, 2, *Pet.* 1. 19.

Euangelii doctrina lac & cibus, 1. *Cor.* 3. 2. *Hebr.* 5. 12. 1. *Pet.* 2. 2. Noua videtur, *Marc.* 1. 27. *Act.* 17. v. 19. 20. Noua tamen non eſt, *Ioan.* 8. 25. *Act.* 2. 16. & 3. 18. & 10. 43. & 13, 32. *Rom.* 1. 2. & 16. 25. *Eph.* 1. 9. & 3. 8. 9. 2. *Tim.* 1. 9. 1. *Ioan.* 1. 2. & 2. 7.

Euangelii definitio ab effectis ſumpta habetur, *Rom.* 1. 16. finis, *Rom.* 15. 16. 1. *Cor.* 1. 9. & 2. 7. & 2. *Corinth.* 3. 18. & 10. 4. 5. 6. & 1. *Theſſ.* 1. 9. & 4. 3. *Tit.* 2. 11. 12. & 1. *Ioan.* 2. 12. Euangelii hoſtes duplices, *Matth.* 7. 6. Euangelii patrocinium ab omnibus ſuſpiciendum. 2. *Tim.* 4. 16. *Hebr.* 13. 5.

Euangelii prædicatio quanti æſtimanda. *Rom.* 10. 15. 2. *Cor.* 4. 4. *Gal.* 3. 2. 5. *Apoc.* 1. 20. Confertur meſſi, *Matth.* 37. *Luc.* 10. 2, *Ioan.* 4. 35. fermento, *Luc.* 13. 21. Eſt cultus Deo gratus, *Ioan.* 4. 36. *Rom.* 1. 9. & 15. 16. Euangelii admiranda propagatio, *Act.* 2. 41. & *ſequentibus. ca.* præſtantia, 2 *Cor.* 3. 6. 7. *Eph.* 3. 8. *Col.* 1. 27. & 4. 3. 4. *Hebr.* 6. 18. Euangelium lege præſtantius, *Eſa.* 54. 1. *Rom.* 3. 3. 2. *Cor.* 3. 7. 8. *Gal.* 4. 24. 26. 27. *Heb.* 2. 1. & 7. 19. & 12. 18. 21. 23.

Euangelii paritas retinenda. *Rom.* 16. 17. *Gal.* 2. 5. & 5. 8. *Iud. Verſ.* 3. Euangelii theſaurus in vaſis fictilibus abſconditus. 2. *Cor.* 4. 9. Euangelii veritas, pro eius genuina puritate, *Gal.* 2. 5. Euangelii vis, quanta in arcanis patefaciendis. *Luc.* 2. 35.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Euangelij fructus quo ad prædicantem.*

Qui docti fuerint: fulgebunt quaſi ſplendor in firmamento, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpe[...] nitates. *Dan.* 12.

Væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero; ſi enim [...] mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi [...] *Cor.* 9.

Notum vobis facio fratres Euangelium, quod eu[...] eſt à me; quia non eſt ſecundum hominem: neque enim [...] mine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem [...] *Gal.* 1.

Attende tibi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faci[...] ſaluum facies, & eos qui te audiunt. 1. *Tim.* 4.

Noli itaque erubeſcere teſtimonium Domini noſt[...] vinctum eius, ſed collabora Euangelio ſecundum vir[...] nos liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta. 2. *Tim.* 1.

*Ad audiendum.*

Cum Propheta defecerit diſſipabitur populus; qui ve[...] legem, beatus erit. *Prou.* 29.

Et audient in die illa ſurdi verba libri. Et addent m[...] mino lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael [...] *Eſa.* 2. 9.

Et non faciunt auolare à te vltra doctorem tuum, & [...] tui videntes præceptum tuum, & aures tuæ audient ve[...] tergum monentis. Hæc eſt via, ambulate in ea, & non d[...] ad dexteram neque ad ſiniſtram. 30.

Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus I[...] Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſal[...] ad extremum terræ. 49.

Spiritus Domini ſuper me eo quod vnxerit me Dom[...] nunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis [...] dicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem [...]

Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba [...] meo, auertiſſem vtique eos à via ſua mala, & à cogitat[...] peſſimis. *Ier.* 23.

Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant & conuer[...] quiſque à via ſua mala, vt pœniteat me mali, quod cogi[...] eis propter malitiam ſtudiorum eorum. 26.

Non enim erubeſco Euangelium. Virtus enim Dei eſt [...] omni credenti: Iudæo primum & Græco. Iuſtitia enim D[...] uelatur in fidem. *Rom.* 1.

Notum autem vobis facio fratres Euangelium, quod [...] vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & [...] *Cor.* 15.

Conteſtatur nos & Spiritus ſanctus, poſtquam enim [...] autem teſtamentum, quod teſtabor ad illos, dicit Dom[...] leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum [...] eas & peccatorum & iniquitatum eorum iam non rec[...] plius. *Hebr.* 10.

*Euangelij vſus bonus quo ad prædicantem, vt præd[...] habeat auctoritatem.*

Primus ad Sion dicet: Ecce adſum, & Ieruſalem Euang[...] bo. *Eſaia* 41.

Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate [...] num meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. *Matt[...]*

Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo [...] monium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio [...]

Ego dedi eis ſermonem tuum. *Ioan.* 17.

Sicut tu me miſiſti in mundum, ita & ego miſi eos in [...] *ibid.*

Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur? Non [...] aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Chriſtus in [...] tiam gentium, in verbo & factis, in virtute ſignorum [...] rum, in virtute Spiritus ſancti. *Rom.* 15. 15.

Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio [...] contemnat. *Tit.* 2.

*Aliorum quærat felicitatem.*

Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, gratis accepiſtis, [...] *Matth.* 10.

Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſt[...] minum noſtrum, nos autem ſeruos veſtros per Ieſum. 2. *Cor.* [...]

Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. 12.

Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulation[...] tis, neq; in occaſione auaritiæ, Deus teſtis eſt, neque qu[...] hominibus gloriam, neque à vobis. 1. *Theſſ.* 2.

Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui. *Act.* [...]

*Victus neceſſitatem accipiat euangelizans.*

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neq; pecuniam [...] nis veſtris. Non peram in via, neq; duas tunicas, neque calceam[...] neq; virgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. *Matth.* [...] 6. *Luc.* 9.

In eadem domo manete edentes & bibentes, quæ apud [...] Dignus eſt enim operarius mercede ſua. 18.

Probauerunt Macedonia & Achaia collationem aliquam [...] cere in pauperes Sanctorum. Placuit enim eis & debitores [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles, ... in carnalibus miniſtrare illis. *Rom.* 15.

... militat ſuis ſtipendiis vnquam ? Quis plantauit vineam, & ... eius non edit ? 1. *Cor.* 9.

... vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos carnalia metamus. *ibid.*

... quoniam qui in ſacrario operantur, quę de ſacrario ſunt ... qui altari deſeruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. (Nota, qui operantur, non qui otiantur, &c.) *ibid.*

Communicet autem is, qui catechizatur verbo ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis. *Gal.* 6.

Rogamus vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & ... vobis in Domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum, & pacem habete cum ... 1. *Theſſ.* 5.

Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: ... qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: ... alligabis os boui trituranti: &, Dignus eſt operarius mercede ... (Bene notentur hæc.) 1. *Tim.* 5.

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chriſti Saluatoris,* Quemadmodum fermenti modica portio ... impoſitæ farinæ, totam fermentat, inque ſuum conuertit ſaporem, & reddit panem acida ſua natura multo grauiorem & ſuauiorem, qui alioqui ſine fermento futurus erat inſipidus: Sic etiam Euangelica doctrina, quamuis ipſa appareat vilis & aſpernanda, ... tamen propoſita, ex inſipido & fatuo efficit ſapientiſſimum, ... totum ferè in ſuas partes attrahit, & in ſuam naturam transformat. *Matth.* 13.

*Granum* ſinapis ſemen licet exiguum in terra iactum non e... ſed ſuapte ſponte in grandem arborem ſuccreſcit: Ita ſe... concepta fidei atque Euangelii vel minima ſcintilla, magis ac ... proficit, atque adoleſcit. *Matth. & Marc.* 4.

*Nullum* eſt tam prægnans ſemen quod alterius ſocietatem repu... ut cui lolium, aut zizania non poteſt interſeri, ſæpe vltro ſi... ex ipſo exoritur. At ſemen Euangelii etiam quæ interſerta ... ſua natura interimit & ſuffocat.

*Chryſoſtomi.* Iudæi legi ſtudentes, quaſi candelæ aſſiſtentes, ob... quæ legis ſunt: Sic & nos maiores his veniente ſole iu... relicta vmbra, ad veritatem Euangelii manducamur. *hom.* 54. *in Geneſ.*

*Sicut oriente ſole* tenebræ diſcutiuntur: Ita virtute apparente o... è medio tollitur malitia. *hom.* 61. *in Gen.*

*Terruers.* Vt qui cibum boni ſucci corrumpere poteſt, nullum a... ferre poterit: Sic qui Euangelium prophanare audet, nihil a... ſanctum occurret, quod non violet. *in apoph.* 43.

*Fere vnuſquiſque* cibus ſuæ ætati conuenit, ac panis vnicuique ...: Ita & Euangelium prouectis & paruulis conuenit, & ... eſt mirabile, vnicuique proprium exiſtit.

*Vt ſol nulli* inuehit tenebras, ſed illuſtrat omnes: Ita Euangelium ... offundit errorem, ſed illuminat omnem hominem venien... in hunc mundum. *in apoph.* 47.

*Quemadmodum* corpus inedia affatim, inopia verò deficit pau...: Ita gentes verbi Euangelii contemptu pereunt: Chriſtiani ... eiuſdem negligentia elangueſcunt. *in apoph.*

*Sicut cibus* manſus, & aliorum ſaliua infectus genuinam gratiam ...: Ita ſæpe & ipſum Euangelium aliena fæce conſpurcatum. *in apoph.* 49.

*Diuus Chryſoſtomi.* ſicut ex diuerſis itineribus venientes ad vnam ... contendunt: ſic & Euangeliſtæ ex diuerſis occaſioni... loquentes, in vnum ſenſum ingrediuntur. *homil* 18. *in Matthæum.*

*Quemadmodum* ſi quis eum qui ex littore ciuitates, oras, por... conſpicatus ſit, in medium poſtmodum pelagus prouehe..., priorum conſpectu amoto, in nullum certum obiectum, ſed in ... eius dimittit intuitum: Sic Euangeliſta ſupra omnem ... creaturam ad cœleſtia erigens, ad ſupernum erectum oculum ..., nullo fine (vt arcana illa aſſequamur) nobis adhibito: quippe qui nullus eſt. *hom. in Ioan.*

*Quemadmodum* qui in Euripo ſunt, huc illuc iactantur: Itidem ... nunquam ſibi conſtant, vtpote incerta & fragili ſententia om... loquentes, verum hic piſcator omnia abſque vlla dubitatio... differens, tanquam petræ innixus, nulla ex parte titubat. Ipſis ... ſupernis penetralibus dignus habitus, & cum omnipoten... Deum in ſe loquentem habebat, nihil terrenum ſentit, vt ille: ... per quietem quidem regias ingredi meriti ſunt, ſed extra ... foro, & in aliorum hominum conſuetudine pro captu ſuo inui... coniectantes, multis ſe ambagibus inuoluerunt, cum de ſu... myſteriis diſputare contenderint: & tanquam cæci & ebrii, ... mutuo duntaxat errore, ſed plæriſque in loci s ſecum iiſdem ... rebus diſſideant. *hom.* 1. *in Ioan.*

# Euchariſtia.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

EVCHARISTIA, Græca dictio eſt, εὐχαριστία, ας, ἡ, quæ in nouo Teſtamnnto paſſim occurrit, & gratiarum actionem ſignificat, teſte veteris editionis latinæ authore. Sacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Euchariſtię ſacramentum dictum eſt, nempe quod in ſacra menſa ſolemnes gratiarum actiones Deo patri reddantur à piis communicantibus pro redemptione æterna per Chriſti obedientiam vſque ad mortem acquiſita.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Euchariſtiæ ſacramentum præfiguratum.*

Renes veſtros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus veſtris, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantes (agnum) eſt enim Phaſe, id eſt, tranſitus Domini. *Exodi* 12.

Pro quibus angelorum eſca nutriſti populum tuum, paratum panem de cœlo præſtitiſti illis, ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam enim tuam, dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebas, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat conuertebatur. *Sap.* 16.

Manna tuum non prohibuiſti ab ore eorum. *Nehem.* 9.

Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. (Biberunt autem de ſpirituali, conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.) 1. *Cor.* 10.

*A Domino vtiliter diſcipulis ſuis inſtitutum.*

Veſpere facto diſcubuit, & duodecim cum eo: cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22.

Ego enim accepi à Domino, quod tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam commemerationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. 1. *Cor.* 11.

*A nobis reuerenter ſumendum ob ipſius ſublimitatem:*
*Vnde præfiguratur in agno paſchali.*

Decima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnum per familias & domos ſuas. *Exod.* 12.

Anima polluta, quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis. *Leu.* 7.

Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea, quæ ſecreta ſunt, & quæ obtulerint filii Iſrael Domino, in quo eſt imunditia, peribit coram Domino. 22.

Leproſus aut patiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur. *ibidem.*

Cum lauerit carnem ſuam aqua, & occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur ſanctificatis, quia cibus illius eſt. *Et infra.*

Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis & mercenarius non veſcentur ex iis. *ibid.*

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed panem ſanctum ſincera fide frangimus & diſtribuimus, dum quod diuinum & quid humanum eſt diſtinguimus & ſeparamus, itemq; ſeparata ſimul iungentes vnum Deum & hominem fatemur. *Cypr. de Cœna Domini.*

Quotidie Euchariſtiæ communionem percipere, nec laudo, nec reprehendo, omnibus tamen dominicis diebus ſuadeo, & hortor, ſi tamen mens ſine voluntate peccandi ſit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi grauari magis dico euchariſtiæ perceptione, quam purgari: & ideo quamuis peccato quis moderatur, peccandi tamen de cætero non habeat voluntatem, communicaturus ſatisfaciat lachrymis & orationibus, confidens de Domini miſeratione qui confeſſione peccati piè peccata donare conſueuit, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus: ſed hoc de illo, quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam quem peccata vel crimina poſt baptiſmum grauant, hortor prius publica pœnitentia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communicatione ſociare, ſi vult non ad iudicium, ſeu ad condemnationem ſui euchariſtiam percipere, ſed & ſecreta ſatisfactione ſolui mortalia crimina non negamus. *Aug. in l. de Eccl. dog.*

Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit, ſic viue, vt quotidie merearis accipere: qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere. *Aug. tractans illud Matth.* 6. *Pan. &c.*

Hoc ſacramentum non immeritò conſecrantis, ſed in verbo efficitur Creatoris: nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. *De eccleſ. dog.*

Num ἀνθρωποφαγίαν myſterium noſtrum pronuntias, & irreligioſe ad craſſas cogitationes vrges fidelium mentes, & humanis cogitationibus attentas ea tractare, quæ ſola pura & exquiſita fide accipiuntur. *Cyrill. ad Eutropium.*

Chrrſtus ſanctis ſancta diſtribuit. Eſt cibus qui replet mentem & non ventrem. Menſam iſtam vide cuius gratia conſtituta ſit, tremiſce, & vltra in cœlum ipſum aſcende. *Chryſ. in Matth.*

Quanta enim cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quantà corporis caſtitate atque animi puritate illud diuinum cœleſte myſterium eſt celebrandum. Domine Deus, vbi Caro tua in veritate ſumitur, vbi ſanguis tuus in veritate bibitur, vbi ſummis ima, humanis diuina iunguntur. Vbi adeſt ſanctorum præſentia angelorum, vbi tu es ſacerdos, & ſacrificium mirabiliter & ineffabiliter. Quis dignè hoc celebrare myſterium poteſt, niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? *Ambroſ. in orat. ante miſſam dicenda.*

Si tantum valuit ſermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit ſermo Chriſti, vt ſpecies elementorum mutetur? de totius mundi operibus legiſti: quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Sermo igitur Chriſti, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat: non poteſt ea quæ ſunt, mutare in illud quod non ſunt? Non enim minus eſt nouas rebus dare formas, quam mutare naturas. *De ſacram. lib.* 3.

Liquet, quia præter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc quod conficimus corpus, ex virgine eſt. Quid quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe partus ex virgine?

Vide, quid agas ſacerdos, ne febrienti manu Chriſti corpus attingas: prius curare, vt poſſis miniſtrare. *idem de Viduis. l.* 1.

Verba Euangeliſtæ ſunt vſque ad Accipite, ſiue corpus ſiue ſanguinem, inde ſunt verba Chriſti: Accipite & bibite ex eo omnes. & inde ſingula, qui pridie, inquit, quam pateretur in ſanctis manibus ſuis accepit panem, ante, quàm conſecretur, panis eſt, vbi verò verba Chriſti acceſſerunt, corpus eſt.

Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes: hoc eſt corpus meum. Et ante verba Chriſti, calix vini & aquæ eſt plenus, vbi verba Chriſti operata fuerunt, ſanguis efficitur, qui plebem redemit. *idem de ſacram.*

Ante benedictionem verborum alia ſpecies nominatur: poſt conſecrationem corpus Chriſti verè ſignificatur. *ibidem.*

Si quotieſcunque effunditur ſanguis, in remiſſionem peccatorum funditur, debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur: qui ſemper pecco, ſemper habere debeo medicinam. *ibid.*

Qui vulnus habet, medicinam requirit, vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus: medicina eſt cœleſte & venerabile ſacramentum. *ibid.*

Nec veluti quidam horror eſſet cruoris, ſed maneret gratia redemptionis: ideo in ſimilitudine quidem accipis ſacramentum: ſed veræ naturæ gratiam virtutemque conſequeris. *ibid.*

Hic Chriſtus in imagine offertur, illic verò in cœlo in veritate, vbi apud Patrem pro nobis quaſi aduocatus interuenit. Aſcende ergo, ô homo, in cœlum, & videbis ea, quorum vmbra hic erat, vel imago, &c. *Ambr. de offic. l.* 4. *c.* 48.

Biberunt ex eo omnes: ebrietas felix, ſatietas ſalutaris quæ quanto copioſius ſumitur, tanto ſobrietatem ſumentibus donare dignatur, & Iudas bibit, ſed non ſaturatur, nec ſitim extinguit ignis æterni, quia indignè ſitiuit myſteria Chriſti. *Hier. ſuper Lucam.*

Accipit Ieſus panem, & benedicens fregit, tradens & figurans corpus ſuum in panem: quod eſt eccleſia præſens: quod accipitur in fide: benedicitur in numero, frangitur in paſſionibus, datur in exemplis, ſumitur in doctrinis, formans ſanguinem ſuum in calicem vino & aqua commiſtum: vt alio purgaremur à culpis, alio redimeremur à pœnis. Sanguine namque agni ſeruatur domus è percuſſione Angeli: & aqua maris rubri extinguuntur inimici, quæ ſunt myſteria eccleſiæ Chriſti. *ibid.*

Meritò noſtræ reconciliationis cauſa hoc ſacrificium conſtitutum eſt: & ſi ſacrificii præcepta contempſeris, ſacrificii remedium ſentire non poteris. *ibid.*

Chriſtus aſſumpto pane qui confortat cor hominis, veritatem corporis ſui repræſentauit. *idem in Matth. c.* 25.

Hæc namque ſingula victima ab æterno interitu animas ſoluit, quæ illam nobis mortem vnigeniti reparat: qui licet ſurgens à mortuis, iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur: tamen in ſeipſo immortaliter atque incorporaliter viuens, pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur: eius quippe ibi corpus ſumitur: eius caro in ſalutem populi patitur: eius ſanguis non iam in manus fidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo penſemus quale ſit pro nobis iſtud ſacrificium, quod per abſolutionem noſtram vnigeniti filii paſſionem ſemper imitatur. *Gregor. in dial. lib.* 4.

Cibus dulcis, eſt corpus & ſanguis Chriſti, quod Iudas accepit indignus. *Greg. in hom.*

Sacramentum Dei altiſſimi ſuſcipiendum eſt, non diſcutiendum: venerandum, non dijudicandum: fide ſortitum, traditione ſancitum, non traditione adinuentum.

Chriſtus tangi poteſt, ſed affectu, non manu, voto, non fide non ſenſibus. Tanges manu fidei, deſiderii digito, amplexu, tanges oculo mentis. *Bern. ſerm.* 20. *in Cant.*

Credere, inueniſſe eſt. Norunt fideles Chriſtum habere dem in cordibus ſuis. Quid propius eſt? *idem ſerm.* 76.

Sicut corporalis cibus, quum ventrem inuenerit ... ribus occupatum, amplius lædit, magis nocet & nullum ... xilium: ita & iſte ſpiritualis cibus, ſi aliquem reperit ... pollutum, magis eum perdet, non ſua natura, ſed accipientis ... *Chryſ. hom.* 5. *ſup. Matth.*

Qui ſcelerate viuunt in eccleſia, & communicare ... putantes ſe tali communione mundari, & diſcant nihil ... tionem proficere ſibi. *idem l.* 1. *de ſummo bono.*

Væ tradentibus Chriſtum ad crucifigendum, ſed ... gna conſcientia ſub ſacramento ſumentibus illum, & ſi ... Iudæis ad crucifigendum, tradunt tamen ipſum membris ... ad ſumendum. *Remigius in gl. ſup. Matth.*

# Euentus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG...

EVENTVS dici poterit, quodcunque erit actum. *No... cellus.*

### ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Euripides in Antigone.

Ὅστις δ᾽ πρὸς τὸ πίπτον εὐλόγως φέρει
Τὸν δαίμον᾽ οὗτος ἥσσον ἐστιν ὄλβιος.
*Quiſquis in euentu rerum ſapienter ac modeſte ...*
*Fortunam, felicior eſt.*
Μεταβαλλομένου δαίμονος ἀνέχου.
Πλεῖ κατὰ πορθμὸν, πλεῖ κατὰ δαίμονα.
*Fortunæ mutationem ſuſtine.*
*Nauiga ſecundum fluuium, nauiga ſecundum ...*
Θνητὸς γὰρ ὢν, καὶ θνητά, πείσεσθαι δοκεῖ.
Θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς, ἄνθρωπος ὤν.
*Mortalis exiſtens, mortalia quoq; te paſſurum ...*
*Diuinam agere vitam cupis, cum homo ſis?*

Idem in Hippolito coronato.

Θάρσει τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
Μετάβαλλε δέμας.
Ῥᾷον δὲ νόσον μεθ᾽ ἡσυχίας
Καὶ γενναίου λήματος οἴσεις.
Μοχθεῖν δ᾽ βροτοῖσιν ἀνάγκη.
*Bono animo ſis fili, & noli corpus*
*Anxie iactare.*
*Facilius enim morbum quietus,*
*Et forti animo præditus feres.*
*Laborum autem hominibus neceſſitas incumbit.*

Idem in Alexandro.

Πάντων τὸ θανεῖν· τὸ δὲ κοινὸν ἄχος
Μετρίως ἀλγεῖν σοφία μελετᾷ.
*Moriendum eſt omnibus: communem verò dolorem*
*Moderate dolere ſapientia meditatur.*

Idem in Ocolo.

Μοχθεῖν ἀνάγκη, τὰς δ᾽ δαιμόνων τύχας
Ὅστις φέρει κάλλιστ᾽ ἀνὴρ οὗτος σοφός.
*Neceſſarij ſunt labores. Dæmonum autem fortunas*
*Qui optime tulerit vir ſapiens eſt.*

Idem in Bellerophonte.

Τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν· ἀλλ᾽ ὁ τυγχάνων
Τὰ πράγματ᾽ ὀρθῶς ἢν τιθῇ, πράσσει καλῶς.
*Rebus ipſis indignari non oportet:*
*Nihil enim eis cura eſt. Vtens vere rebus,*
*Si eas rectè inſtituerit proſpere agit.*

Idem in Alcmena.

Ἀλλ᾽ εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐγενῆ.
*Oportet hominem generoſum infortunia bene ...*

Euripides in Helena.

Ἔχεις μὲν ἀλγειν᾽, οἶδα· πειρᾶσθαι δ᾽ χρὴ
Ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν.
*Habes quidem negotia triſtia fateor.*
*Conandum eſt tamen, vt quæ neceſſaria ſunt ...*
*lime feras.*

Idem in Menalippe.

Τὰ τυγχάνοντα δ᾽ ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
Σοφὸν νομίζω, σωφρονεῖν τ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ.
*Rerum euentus quiſquis mortalium bene fert,*
*Illum ſapientem & moderatum virum iudico.*
Πέπονθας οἷα χ᾽ ἕτεροι πολλοὶ βροτῶν.
Τὰς γὰρ παρούσας οὐχὶ σώζοντες τύχας,
Ὤλοντ᾽ ἐρῶντες μειζόνων ἀβουλίᾳ.
*Paſſus es eadem, quæ multi alij homines.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam qui præſentem fortunam non ſeruant,
Dum temere petunt maiora, pereunt.

Sophocles in Thyeſte.

Πάντων ἄριστον, μὴ βιάζεσθαι θεούς,
Στέργειν δὲ μοῖραν. τῶν ἀμηχάνων δ᾽ ἔρως
Πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν.
Omnium optimum eſt, non violentum eſſe in Deos,
Sed ſuam amplecti ſortem. cupido autem rerum impoſsibiliũ
Effecit, vt multi præſentibus etiam fruſtrarentur.

Bacchylides.

Εἷς ὅρος, μία βροτοῖσιν ἐστὶν εὐτυχίας ὁδός,
Θυμὸν εἴ τις ἔχων ἀπενθῆ, δύναται διατελεῖν βίον.
Ὃς δὲ μυρία μὲν ἀμφιπολεῖ φρενί, τὰ δὲ
Παραμετὶ νύκτα, μελλόντων χάριν
Αἰὲν ἰάπτεται κέαρ, ἄκαρπον ἔχει πόνον.
Vnus terminus, vna mortalibus felicitatis eſt via.
Si quis animũ habens indolentem ita poſsit tranſigere vitã:
Quibus vero infinitæ curæ circa mentem verſantur, quæ
Etiam noctu ſequentes metu futurorum
Conturbant, inutilis labor inſumitur.

Pythagoras.

Ὅσσα δὲ δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε᾽ ἔχουσιν,
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε, μηδ᾽ ἀγανάκτει.
Quicquid dolorũ hominibus Dæmoniæ fortunæ producunt,
Eorum tantum ſortem acceptam feras, nec indigneris.

Antiphanes in Heniocho.

Ἀνὴρ διαφέρει τοῦτ᾽ ἀνὴρ ὁ μὲν κακῶς
Πράττων, τὸ λυποῦν ἤγαγ᾽ εἰς παράστασιν,
Ὁ δ᾽ ἐμφρόνως δεξάμενος ἤνεγκε καλῶς.
Hic vir à viro differt: Vnus quidem infeliciter
Agens moleſtiam ipſam magis excitat.
Alter vero conſultius (quod contingit) accipiens commode fert.

Philemon.

Οὕτως ἄνανδρος γέγονας; οὐκ εὐψυχία
Τοῦτ᾽ ἐστὶν ὃ ποιεῖς γάρ, ἀλλ᾽ ἀνανδρία,
Τὸ μὴ δύνασθαι καρτερεῖν λυπούμενον.
Tam ignauus euaſiſti? non enim animi fortitudo
Eſt quod nunc facis, ſed ignauia, & puſillanimitas,
Dolorem ſuſtinere non poſſe, nec triſtitia tua moderari.
Πολλ᾽ ἐστὶν ἐν πολλαῖσιν οἰκίαις κακά,
Ἃ καλῶς ἐὰν ἐνέγκῃς, ἀγαθὰ γενήσεται.
Multa ſunt multis in ædibus mala,
Quæ bene ſi tuleris bona fient.

Menander in Canephore.

Εὐγενῶς ἀτυχίαν καὶ βλάβην εὐσχημόνως,
Τοῦτ᾽ ἐστὶν ἀνδρὸς νοῦν ἔχοντος, οὐκ ἄνω
Ἀνασπάσας τις ὀφρῦς, οἴμοι! λαλεῖ,
Ἀλλ᾽ ὃς τὰ αὑτοῦ πράγματ᾽ ἐγκρατῶς φέρει.
Calamitatem & damnum decenter feras:
Hoc viri prudentis eſt, non eius qui
Surſum retractis ſupercilijs, Hei mihi! dicat:
Sed illius qui res ſuas continenter modeſteq; fert.

Apollodorus.

Χαλεπὸν τύχης τὶ πρᾶγμα χαλεπόν· ἀλλὰ δεῖ
Αὐτὸ φέρειν κατὰ τρόπον, ὥσπερ φορτίον.
Graue omnino moleſtumq; eſt fortunæ negotium: ſed oportet
Animo & moribus, ipſum velut onus quoddam ferre.

Menand. in Androgyne.

Τὰ περιστάντα προσδοκᾶν ἅπαντα δεῖ
Ἄνθρωπον ὄντα· παραμένει γὰρ οὐδὲ ἕν.
Futuros euentus expectare oportet vnumquemque
Hominem. Nihil enim ſtabile permanet.
Ἄπο τὸ λυπεῖν ἀπόδιωκε τοῦ βίου
Μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.
Triſtia ſemper a vita repelle,
Exiguum enim & anguſtum ætatis tempus viuitur.

Philemon.

Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ δέσποτα
Αὐτοὶ δ᾽ αὑτοῖς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
Οἷον, τέθνηκεν υἱός, ἢ μήτηρ τινί,
Ἢ νὴ δ᾽ ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις,
Εἰ μὲν λάβῃ, τοῦτ᾽ ἀπέθανεν, ἄνθρωπος γὰρ ἦν,
Τοσοῦτον γέγονε τὸ κακὸν ἡλίκον παρ᾽ ᾖ,
Ἐὰν δ᾽ ἀβίωτος ὁ βίος οὐκ ἔτ᾽ ὄψομαι,
Ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτῷ τοῦτο ἐὰν σκοπῇ.
Πρὸς τοῖς κακοῖς οὗτος ἕτερα συλλέγει κακά.
Ὁ δ᾽ τῷ λογισμῷ πάντα παρ᾽ ἑαυτῷ σκοπῶν,
Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δ᾽ λαμβάνει.
Multi, domine, ſua ſibi mala augent.
Ipſi ſua culpa, & maiora faciunt, quam facta ſint per naturam.
Verbi gratia, obijt alicui filius, aut mater,
Aut hercle quiuis alius ex neceſſarijs,
Quod ſi apud ſe cogitarit, mortuum eſt. Homo enim erat:
Non amplius fit malum, quàm à natura productum eſt.
At ſi exclamet: Vita mihi non vitalis eſt, non amplius videbo,
Perijt, hoc ſecum qui reputat:
Præter mala præſentia inſuper alia colligit.
Qui vero omnia apud ſe ratione deſiderat,
Is malum adimit, & bonum capit.
Ἀγνωστός τις ἐστ᾽ ἄνθρωπος, εὐδαίμων ἔσῃ.
Τέθνηκέ τις· μὴ δεινὸν ἴσω τοῦτο σοι.
Κεκύηκέ τις· μὴ δεινόν. οὐ κεκύηκέ τις,
Ἠτύχηκέ τις, βήττει τις, οἰμώζει τις,
Ἡ φύσις δὲ ἅπαντα ταῦτα. φεῦγε τὰς λύπας.
Obſcurus eſt aliquis: hoc nihil prohibet felicitatem tuam.
Obijt aliquis: noli id ægre ferre.
Siue peperit aliqua, nihil eſt moleſtum. ſiue non peperit.
Calamitoſus fuit aliquis, hic tuſsit, ille plorat,
Natura nihil non iſtorum fert: fuge mœrores.

Menander in Bœotia.

Πολλὰ δύσκολα ἂν
Ἐν τοῖς πᾶσιν εὕροις· ἀλλ᾽ εἰ πλείονα
Τὰ συμφέροντ᾽ ἔνεστι, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν.
Multa vbique grauia
Reperies in rebus, ſed an plura
Inſint vtilia, iſtud conſiderandum eſt.

¶ SIMILITVDO.

*Plutarchi.* Vt qui canem lapide petens, nouercam percuſsit. Ne ſic quidem, inquit, male: Ita quod præter expectationem euenit, in bonam partem vertendum eſt. *In Moral.*

¶ ADAGIA.

Incertus euentus.

Mars communis. Ἄρης κοινός. *Homer. Iliad.* σ.

*Incertus ac varius belli euentus hoc adagio notatur.*

Anceps euentus rei.

*Quum anceps rei diſcrimen ſignificamus, & incertum vtro vergat victoria: conueniet illud:*

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα.
Id eſt:
*Tum pater auratas librabat vtrinq; bilances.*

Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra. πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. *Gell. lib.* 13.

*Monet prouerbium: Nihil tam certum aut vicinum eſſe, quod non repentinus aliquis caſus poſsit interuertere.*

Inter os & offam.

*Eiuſdem ſententiæ cum præcedente proximo: Gellius ex quadam oratione Catonis. Feſtus paulo aliter idem refert: Inter manum & mentum.*

Euentus præter expectationem.

*Quoties res multo ſecus euenit, quam vel fuerat inſtituta, vel probabilibus coniecturis euentura videbatur, congruet illud:*

Ἀλλ᾽ αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο. id eſt,
*Verum præpollet magni Iouis vſque voluntas.*

*Pindarus in Pythijs, hymno vltimo.* Τὸ γὰρ μόρσιμον οὐ παρφυκτόν, ἀλλ᾽ ἔσται χρόνος οὗτος, ὃς καί τιν᾽ ἀελπτίᾳ βαλὼν, ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δώσει, τὸ δ᾽ οὔπω. Id eſt, *Quod enim in fatis eſt, euitari non poteſt: ſed erit tempus hoc, quod aliquem deſperatione iaculatum præter opinionem hoc quidem dabit, aliud vero nequaquam. Rurſus Homer. Iliad.* π.

Ἀλλ᾽ αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέπερ ἀνδρῶν. Id eſt,
*Sed magis atque hominum pollet Iouis vſque voluntas.*

Neſcis quid ſerus veſper vehat. *Macrobius & Gellius ex Menippeis Varronis.*

*Monemur, ne præſentium ſucceſſuum proſperitate elati, futurorum curam abijciamus.*

Nullo ſcopo iaculari ἄσκοπα τοξεύειν.

*De ijs, qui nihil certi habent propoſitum, ad quod inſtituti conſilijq; ſui rationem referant. Legitur apud Lucianum in Toxaride.*

In herba eſſe.

*Significatur ſpes immatura. Metaphora eſt à ſegetibus teneris adhuc & herbeſcentibus. Ouid. in Epiſt. Helenæ.*

Si crebro iacias, aliud alias ieceris. Ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ᾽ ἀλλοῖον βαλεῖς.

*Res eadem ſi minus ex voto ſuccedat, ſæpius tentanda. Futurum enim eſt, vt iterum iterumq; periclitanti felicius aliquando cadat. Ariſt. in libello de Diuinat. ex ſomnijs.*

Sol omnium dierum nondum occidit.

*Admonemur ne vlla de re ſecuri ſimus, priuſquam exitum viderimus. T. Liu. l. 9. Decad. 4.* Es iſt noch nicht aller tag abend. Es ſind noch nicht alle entſchlaffen/ die eine böſe nacht haben ſollen. Es iſt noch nicht aller Heiligen abend.

¶ FABVLA.

Olla natans.

Lebetem ahenеum & ollam fictilem vndæ vis abſtulerat. Tum olla magnopere vitare concurſum aheni, & formidare ac tremere. Cui lebes: Quid metuis? inquit, non ego tibi nocebo. Reſpondit olla, in tali iactatione ſe non poſſe ſecuro eſſe animo,

sui non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cui non ſuſpecta ipſius voluntas erga ſe, ſed fortuitus concurſus timori eſſet.

Docet fabula, periculoſas omnibus modis eſſe coniunctiones potentum & impotentum.

*Vide Caſus, Fortuna.*

# Exactio.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

EXACTIO, ab exigo verbo venit, quod Græcè εἰσπράττω dicitur, quod inter multa quæ habet ſignificata, aliquando ſignificat debitum peto. *Martialis:*

*Exigis à nobis operam ſine fine petitam.*

Vnde exigere pecuniam quæ nobis debetur, & exactores vocantur, qui pecuniam exigunt, & exactio actus ipſe exigendi. Nomen exactæ pecuniæ, vult Vlpianus, non modo ad ſolutionem referendum, ſed etiam ad delegationem putat, hoc eſt, cum pecuniam, quæ nobis debetur, alteri aſſignamus: Tunc enim exacta à nobis dicitur, etſi ille nondum ſoluerit. Exigere etiam eſt extorquere, inueſtigare, agere, conſtituere. *Virgil.*

*Derceuitq; mori, tempus ſecum ipſa modumq;*
*Exigit.*

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorm, honorem. *Paul. ad Rom. c.*13.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Exigitur, quod debetur noſtro corpori: ſed non impendimus quod ſubiectorum debemus cordi. *Greg. in Mor.*

Non gaudent martyres, quando ex illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant. *Chryſ. ſuper Matth.*

Magnum ſcelus eſt, rem pauperum præſtare diuitibus, & de ſumptibus inopum acquirere fauores potentum. Arenti terræ aquam tollere, & flumina quæ non indigent, irrigare. *Iſidor. lib.*3. *de ſummo bono.*

Miniſterialium ſiquidem tanta eſt multitudo, quanta eſt locuſtarum, vt iſtis reſidentibus alii ſuccedant, quod ex parte fuerit deuoratum, alii deuorent exitialiter & conſumant: impleturque eis illud Propheticum, reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus, reſiduum bruchæ comedit ærugo. Pauper enim veretur aperire malitiam exactorum, ne grauiora moliantur in eum, & fiant poſteriora hominis peiora prioribus. *Pet. Raviſ. in quadam epiſt.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Callicratidas*, Cum ad pecunias petendas ad Cyrum iuniorem mitteretur, ad belli vſum: bis regis aulam acceſſit, & compotationibus eum indulgentem audiuit. Tertiò verò cum audiſſet, & iterum bibere eum, nec ſe ad colloquium admitti intellexiſſet, dixiſſe fertur: Ita curam habendam pecuniarum, vt ne quid tamen committeretur Sparta indignum. Quo dicto docuit, ita ab hominibus exigendam eſſe pecuniam debitam, ne quid noſtræ dignitati & exiſtimationi decedat. *Plut. in Lacon.*

*Dionyſius ſen.* exegerat pecunias à Syracuſanis, deinde quum videret illos lamentantes, obſecrantes, ac negantes ſe habere quod darent, indixit alteram exactionem, idque iterum ac tertio fecit. At poſtquam, vbi maiorem ſummam imperaſſet, audiret illos in foro ambulantes ridere, & ſcommata in regem facere, iuſſit præfectos ab exigendo quieſcere. Iam enim, inquit, nihil habent, quandoquidem nos contemnunt. *Plut. in apoph.*

*Tiberius*, cum deprehendiſſet Æmilium Rectum, quem Ægypto præfecerat, nimium à populo exegiſſe, ſuper ea re iratus reſcripſit: ſe tonderi velle ſuas oues, non deglubi. Solent autem principes deglubere oues, cum grauiores exactiones ſubditis imponunt, quam vllo pacto ferre poſſint. *Dion. Nicæus in Tiberio.*

*Antonius Caracalla* à Iulia matre grauiter obiurgatus, quod ingentem illam pecuniam, quam per fas & nefas à ſubditis vi exegerat, profunderet: gladium euaginatum oſtendens, Bono (inquit) animo eſto mater: Nobis, quamdiu hunc habebimus, nulla vnquam deerit pecunia. *Dion. Nicæus & Xiphilinus in eius vita.*

## ¶ EXEMPLA.

Andreæ Alciati.

Opulentia tyranni, paupertas ſubiectorum.

*Humani quod ſplen eſt corporis, in populi re*
*Hoc Cæſar fiſcum dixerat eſſe ſuum.*
*Splene aucto reliqui tabeſcunt corporis artus,*
*Fiſco aucto arguitur ciuica pauperies.*

*Vide Tributum.*

# Excommunicatio.

## ¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

EXCOMMVNICATIO, Græcè ἀφορισμὸς, ῦ, ὁ, & ἀφορίζω, excommunico dicitur. Eſt autem excommunicatio cenſura, à canone, vel à iudice eccleſiaſtico prolata, priuans com[...]cramentorum, & quandoque hominum. *ſecundum [...]* *Rubrica eiuſdem tituli.*

## ¶ LOCI BIBLICI.

Excommunicare idem eſt apud Chriſtianos, quod [...] goga moueri, *Ioan.* 9.22. & 12.42 & 16.2. nempe [...] populo Dei, vt explicatur *Luc.* 6.22. ſic Latini dicebant [...] minutionem pati, qui ex albo à Cenſoribus expungeban[tur].

Excommunicatio in Eccleſia neceſſaria eſt, *Matth.* [...] *v.*3.4.5.6. 2.*Theſſ.*3.14. 1.*Tim.*1.20. *Tit.*1.11. Excommun[...]ma quanti ſit apud Deum momenti, *Matth.*18.*v.*18. [...] *v.*10. Excommunicationis finis & ſcopus: *Primus*, [...] catus pudore victus, ad pœnitentiam excitetur, & [...] 1.*Cor.*5.*v.*5. 2.*Cor.*2.7. 2.*Theſſ.*3.14. 1.*Tim.*1.20. *Secundus*, [...] ad reliquos ſerpat. 1.*Cor.*5.*v.*6.7.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Excommunicationis vſus.*

Eijciant de caſtris (Eccleſiæ) omnem leproſum, [...] fluit, pollutusque eſt ſuper mortuo. *Num.* 5.

Sit ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea ſunt. [...] *ſuæ* 6.

Non poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, & eos fug[...] lutus eſt anathemate. 7.

Non ero vltra vobiſcum, donec conteratis eum, q[ui] [...] ris reus eſt. *ibid.*

Anathema in medio tui eſt Iſrael, non poteris ſtare [...] bus tuis, donec deleatur à te, qui contaminatus eſt [...] *dem.*

Anathema non erit amplius, ſed ſedebit Ieruſalem [...] *char.*14.

Iudas anathematizauit filios Bean (iniquus gratia [...] *baor.* 5.

Quodcunque ligaueris ſuper terram (excommunica[...] gatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terra[m] [...] tum & in cœlis. *Matth.* 16.

Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethni[cus] [...] canus. 18.

Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornica[riis] [...] que fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapaci[bus] [...] ſeruientibus: alioquin debueratis ex hoc mundo exiiſſe.

Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri, ſi is, qui [...] natur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis [...] maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi nec [...] re. *ibid.*

Auferte malum ex vobis ipſis. *ibid.*

Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum [...] thema, 16.

Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis [...] quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. *Gal.*1.

Si quis non obedierit verbo noſtro, per epiſtolam, [...] & non commiſceamini cum illo, vt confundatur: [...] inimicum exiſtimare, ſed corripite, vt fratrem. 2. *Theſſ.*3.

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, [...] eum in domum, nec Aue dixeritis. Qui enim dicit [...] municat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, [...] mini non confundamini.

*Effectus.*

Ego abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui [...] ſens traderem huiuſmodi hominem Satanæ (per excommunicatio[...] nem) in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini [...] *rinth.*5.

Quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare. 1. *Tim.*[...]

*Abuſus.*

Iam conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur [...] ſtum, extra ſynagogam fieret. *Ioan.* 9.

Abſque ſynagoga facient vos. Sed venit hora vt omnis [...] ficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo, & hæc [...] bis, quia non nouerunt patrem, neque me. 16.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nos communione quenquam prohibere non poſſumus [...] uis prohibitio hæc nondum ſit mortalis, ſed medicinalis [...] ſponte confeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari ſiue eccleſiaſtico iu[...] dicio nominatum atque commotum. *Aug. in ſerm.*[...]

Fit vt ipſa ligandi ac ſoluendi poteſtate ſe priuet, qui [...] ſuis voluptatibus, & non pro ſubiectorum moribus [...] *in hom.*

Sententia excommunicationis paſtoris ſiue iuſta, ſiue [...] metuenda eſt. *Greg. in reg.*

Si quis illicite quempiam excommunicat, ſeipſum [...] excommunicat. *ibid.*

Interdum fit, vt aliquis, non recto iudicio eorum, [...]

repellatur, & foras mittatur: ſed non exit ante: hoc eſt, ſi geſſit, vt mereatur exire, nihil læditur in eo, quod non re- ab hominibus videtur expulſus; & ita fit, vt interdum foras mittitur, intus ſit: & ille foris ſit, qui intus retineri vi- *Orig. ſuper Leuiticum hom.48.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Pax vera tunc præſtantior, cum quod tabe vel ſanie ruptum eſt, abſcinditur, atque proijcitur, quando factioſa & im- repellitur, vel omnino deſtruitur: ſic certe cœlis terra poteſt. Nam & medicus hoc modo reliquum corpus con- ſi quod reduci ad ſanitatem nequit; cæciderit atq; ab- & militiæ dux ad ſoluendam militum conſpirationem, al- in alterum concitat: Sic illius quoque tempore turrim fa- videmus, quando pernicioſa illa pax, per probatam diſcrepan- tranquillam atque laudabilem reddidit. Sic Paulus, contra ſe conſpirabant, diuidebat. *homil.36.in Matth.*

*Patres filios* delinquentes frequenter ex ædibus exigunt, & à ſubmouent: non vt ſemper illinc exulent: ſed vt hac corre- redditi meliores, cum debita laude in paternum redeant. Idem ſane faciunt & paſtores dum oues ſcabie op- ſanis ſegregant, vt miſero morbo læuatæ, denuo tuto ad reuertantur, potius, quam ægrotæ, gregem vniuerſum ſuo il- morbo impleant. *homil.3. Periculoſum eſſe adire ſpectacula.*

*Sicut priuatus* homo, regiam ſibi ipſi purpuram circumponens, cum omnibus qui ſe iuuarit punitur, vt tyrannus: Ita & qui Do- fert ſententiam, & hominem facit anathema Eccleſiæ, ab- ipſum in extremam perniciem, vſurpando dignitatem filii *Serm. de Anathemate.*

*Malabeſtia* eſt peccatum, non quidem in conſerua corpora proferens, ſed in ipſam Domini gloriam effundens mali-: Propter vos, inquit, nomen meum conuiciis afficitur inter. Eoque peccatorem tanquam è ſacra patria abegit Prophe- finesac pomœria ſubmouit. Atque vti muſicus optimus bene modulata chordam diſſonam reſecat, ne reliquarum harmonia vitietur: Sic & peritus artis medicus, membrum amputat, ne hæc lues ad cætera membra ſana tranſi- Eundem ad modum Propheta ſentit, dum veluti chordam diſ- ac veluti membrum ægrum, ab vniuerſo creaturæ corpore *hom.4. Cum presbyter eſſet deſignatus.*

*Theophylacti*: verum quomodo aliquis dicit, Satanæ tradeban- qui cum contumax eſſet, & minus obediens, extra Eccleſiam eijciebaturque à cætero grege, & nudus mox & deſer- dedebatur in prædam. Nam quemadmodum olim nubes obducebat, ſic Chriſti Eccleſiam Spiritus. Quicunq; Eccleſia fuerit eiectus, & Spiritu ſancto priuatur, erit hic facilis in capturam. Tanti eſt ab aliorum & conſortio & munione repelli. *in 1. ad Timoth.cap.1.*

*D. Auguſtini.* Nollemus quidem tanquam à proprii corporis præcidi: ſed quando tabeſcentis vulneris putredo peſtifera habet in abſciſſione ſolaminis, quam in remiſſione medicami- eſt cauſa ſalubrior, ne per cuncta membra peſtilens ir- vt compendioſo dolore natum decedat vulnus. *Contra Grammaticum lib. 4.c.4.*

*D. Cypriani.* Imperitus eſt medicus, qui tumentes vulnerum ſi- parcente contrectat, & multis receſſibus viſcerum, virus dum ſeruat, exaggerat. Aperiendum vulnus eſt, & ſecan- & putredinibus amputatis, medela fortiore curandum: voci- & clamet licet, & conqueratur æger, impatiens per dolo- gratias aget poſtmodum, cum ſenſerit ſanitatem. Sic oportet ſacerdotem non obſequiis decipientibus fallere, ſed remediis prouidere. *Serm.5. de lapſis.*

*D. Ambroſii.* Neſcitis quod modicum fermentum totam maſ- corrumpit? Ita peccatum vnius, quod cognitum non arguitur, contaminat, imò omnes qui norunt, & non deuitant, aut, poſſint arguere, diſſimulant: non enim ſibi videtur peccare, à nullo corripitur aut vitiatur. *in 1. ad Cor.c.5.*

*Gregorij Trapezontij.* Sicut oues agnique veteres, videlicet in fi- atq; nouelli ad diem vſque aduentus in gloria Domini per ſuc- duraturi ſunt. Eodem vtique modo illum permanere, commendatio facta eſt. *in expoſitionem illius textus Euangelij: eum manere, donec, &c.*

*Ciceronis.* Vt membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine tanquam ſpiritu carere cœperunt, & nocet reliquis partibus cor-: Sic iſta in figura hominis feritas & immanitas beluæ, à com- tanquam humanitate corporis ſegreganda eſt. *libr.3. Offic.*

*Tertuli.* Ægiam aliquando partem corporis acrioribus medi- caſtigamus, ne omnino pereat: interdum etiam exurimus ſerpat: Ita & proximum licet ſeuerioribus verbis repre- aliquando etiam, vt ſpiritus eius ſaluus fiat, carnem excin- *in Apoc.9.3.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Excommunicationis & ſeparationis exempla: Adam & Eua, *Geneſ.3.v.24.* Leproſi vtriuſq; ſexus, *Num.5.*&.1.2.3. Maria, 12.15. Core, Dathan & Abiron, 16.v.24.25.26.27. Achan, *Ioſ.7.v.24.25.* Ananias etiam & Sapphira ſunt ſpecies quædam & triſtiſſimum excommunicationis exemplum, *Actor 5.1.&c.* Iudæi, 13.46. Corinthius inceſtuoſus, 1.*Corinth.5.9.* Pſeudoapoſtoli, *Gal.1. v.8,9.* Hymenæus & Alexander, 1.*Tim.1.20.* Phygellus & Hermogenes, 2.*Timoth.1.15.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

In ſexto generali concilio Conſtantinopolitano *Macarius Patriarcha Antiochenus* cum Monothelitis pertinacibus in ſua hæreſi anathemate percuſſus. *Theat.Zuing fol.818.*

*Anacletum* Antipapam Innocentius bis terue excommunicauit. *Platina, Sigeberti continuator, Otho Friſingenſis, lib.7.c.23.*

*Theodoſius Imp.* per octo menſes ab *Ambroſio* excommunicatus, ob nimiam aduerſus *Theſſalonicenſes & Pannonas* vindictam, quorum 7000. occidi curauerat: qui magiſtratus aliquos ſaxis obrutos & contumelioſe tractatos interfecerant. At veniam tandem petens, receptus eſt ab *Ambroſio* populo pro eo deprecante. *Theat. Zuing.*

*Innocentius* Rom. Pp. excommunicauit tum ipſum Imperatorem *Arcadium*, eiuſque coniugem *Eudociam*, tum etiam eccleſiaſticos omnes, quorum peruerſis ſtudiis *Io. Chryſoſtomus* in exilium eiectus fuerat. *Niceph. lib.13.c.34.*

*Alexander III. Fridericum I. Imp.* qui Octauianum Antipapam deſignaſſet, excommunicatione ferit, ac per vniuerſum orbem literis miſſis hoc publicauit. *Sylnius.*

*Apud Germanos*, qui ſcutum amiſiſſent in acie: ſacris intereſſe non poterant. *Tacitus.*

*Phocenſibus* ob direptum fanum *Delphicum à* Philippo victis *Delphici* fani & conuentus *Amphictyonum* communicatione interdictum: iusque ferendi ſuffragii ad *Macedonas* ab *Amphictyonibus* tranſlatum. *Pauſanias in* Phocicis.

Apud *Ægyptios* ſubulcis vniuerſis templa interdicta fuêre. *Herodot.lib.2.*

Apud *Magos*, Lentiginoſi tanquam inuiſi Diis immortalibus, ab aris procul arcentur: cum iis, quibus viuentibus exequiæ factæ ſunt. *Alex.ab Alex.l.4.c.18.*

---

# Excuſatio.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

EXCVSATIO, Græcè ἀπολογία, ας, ἡ, & ἀπολογέομαι, excuſo dicitur. Eſt autem propriè excuſatio obiectr criminis dilutio, & venit ab excuſo, quod eſt quaſi ex cauſa detraho. Huius diminutiuum eſt excuſatiuncula. hinc excuſabile, excuſatione dignum.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Cœpiſti non defendere peccatum tuum, iam inchoaſti iuſtitiam: perficietur autem in te, quando nihil aliud facere delectabit. *Auguſt. de Car ſerm.4.*

Deſinunt eſſe peccata quæ propter grauiora vitanda ſuſcipiuntur. Sicut enim in rebus vilibus non vocatur damnum quod propter maius lucrum admittitur, ne grauibus admittatur. *in epiſt. ad Publ.*

Abſit, vt id quod propter bonum ac licitum facimus, ſi ex hoc propter noſtram voluntatem quicquam mali acciderit, nobis imputetur. *idem ibidem.*

Non alligamus onera grauia & humeris veſtris imponimus quæ nos digito non tangemus: quoniam ſi officii noſtri ſalua ratione poſſemus, nouit ille, qui noſtra ſcrutatur corda, mallemus hæc agere, quæ vt agatis hortamur, quam ea, quæ vos agere cogimus. *De opere Monachorum.*

Nulla eſt peccati excuſatio, ſi amici cauſa peccaueris. *De Amic. cap.7.*

Multitudo ſociorum, impunitatem non facit criminum. *Hieron. in epiſt.*

Supereſt vt diligas diligentem, & in ſcripturarum campo iuuenis ſenem non prouocet: nos noſtra habuimus tempora, & cucurrimus quantum potuimus, nunc de currente & longa ſpatia tranſeunte nobis debetur otium. *in epiſt. ad Auguſt.*

Non enim vt aduerſariis, ſed vt amicis ſcripſimus: ne inuecti ſumus in eos, qui peccant, ſed ne peccent, monemus: neq; in illos tantum, ſed in noſmetipſos ſeueri iudices ſumus: Nullum læſimus, nullius nomen de mea ſcriptura vel ſermone ſignatum eſt, neminem ſermo noſter ſpecialiter pulſauit, generalis de vitiis diſputatio fuit, ſed qui mihi iraſci voluerit, plus ipſe de ſe, quod talis ſit confitetur. *in epiſt ad Nepot.*

Non eſt facile malum de perfecta ætate credendum: quam vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. *in epiſt. ad Ru.*

Vſitatum generis humani vitium eſt libendo peccatum committere,

mittere: & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo excuſare. *Greg.lib.22.moral.*

Fit plerunq; vt dum iniqui correcta in ſe mala defendere nequeant, ex verecundia peiores fiant: & ſic in ſua defenſione ſuperbiant, vt quædam vitia contra vitam corripientis exquirant, & eo ſe crimi-noſos non exiſtiment: ſi crimina aliis imponant: qui cum vera inuenire nequeunt, fingunt, vt ipſi quoq; habeant, quod impari iuſtitia increpare videantur. *lib.10.moral.*

Peccatum peccato addit, qui culpæ, quam fecit, patrocinia defenſionis adiungit. *lib.22.moral.*

Quidam dicere nonnunquam ſolent; conceſſis vtimur, aliena non quærimus: & ſi digna miſericordiæ retributione non agimus, nulla tamen peruerſa perpetramus, quum tamen diuitem poſt hanc vitam vltrix gehenna ſuſcepit, non quia aliquid illicitum geſſit, ſed quia immoderato vſu totum ſe illicitis tradidit. *in paſtorali.*

Noli iudicare proximum, ſed magis excuſa. Excuſa intentionem, ſi opus non potes: puta ignorantiam; puta ſubreptionem, puta caſum. Quod ſi omnem omnino diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus tibi & dicito apud temetipſum. Vehemens fuit tentatio: quid de me illa feciſſet ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem? *Bern. ſuper Cant. ſer.*11.

In quacunque hominum verſeris frequentia, caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius iudex, & ſi perpetratum actumve quid deprehendes, ne ſic iudices proximum, magis autem excuſa. *de 12. grad. ho.*

Ad hoc, vt verum fatear, ea mihi deeſſe video, quæ maxime neceſſaria videntur, diligentiam & ingenium: quia nec doctis, nec indoctis pariter iſtiusmodi excuſandi mos eſt, nec facile ſcitur, qui vel experientia, qui vel ex verecundia mos prodeat, ſi iniuncti operis obeditio non probat. *de diligendo Deo in princ.*

Excuſatio perfecta, teſtimonium conſcientiæ ſuæ. *de Conſid. lib.*2.

Quamvis vera ſint, credenda non ſunt, niſi quæ certis indiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto examine conuincuntur, niſi quę ordine iudiciario publicantur. Non enim qui accuſatur, ſed qui conuincitur, reus eſt. *Iſid. l.1. ſoli.*

Superbus vult ſe credi conſtantem; prodigus liberalem, auarus diligentem, temerarius fortem, inhumanus parcum, ignarus quietum, timidus cautum. *Proſper. de vita contem. lib.*4.

Hoc enim maximum vitium eſt, quo laborat humanitas, vt poſt peccatum ſuum maximè ad excuſationis refugium, quaſi pœnitudinis ſe confeſſione proſternat, quod facinus inter ſumma peccata conſtat numeratum eſſe, quia inde naſcitur, vnde ad pœnitentiam reus tardius venire videatur. *Caſ. in Pſal.*

## ❡ Sententiæ Philoſophorum.

Sine ſummo ſcelere non potes, quod maleficium in aliis vindicaris, idem in aliorum ſocio cum ſcire defendere. *Cic. pro Seſt.*

Nemo ſe auarum intelligit eſſe, nemo cupidum, cæci tamen ducem quærunt: nos ſine duce erramus, dicimus, non ego ambitioſus ſum, ſed nemo Romæ aliter poteſt viuere. Non ego ſumptuoſus ſum, ſed vrbs ipſa magnas impenſas exigit. Non eſt meum vitium quod iracundus ſum, adoleſcentia hoc facit. Qui quidem nos decipimus, non eſt extrinſecus in malum noſtrum, intra nos eſt, in viſceribus ipſis ſedet, & ideo difficulter ad ſanitatem venimus, quia nos ægrotare neſcimus. *Sen. 60. epiſt.*

Intellige tua eſſe vitia: quæ putas rerum. Quædam enim locis & temporibus adſcribimus, at illa quocunque tranſierimus, ſecuturæ ſunt. *ibid.*

Nullum putaueris locum ſine teſte excuſatorem quærere. Vitium eſt, non poſſe: prætenditur, ſed nolle in cauſa eſt. Emitte excuſationem nemo peccat inuitus, omne peccatum voluntarium eſt. *in Prou.*

Puerum ætas excuſat, fœminam ſexus, extraneum libertas, domeſticum familiaritas: amicus eſt ſcilicet qui offendit, fecit quod noluit: inimicus fecit quod debuit, prudentiori remittamus. *in quadam epiſt.*

Vtendum eſt etiam excuſatione aduerſus eos, quos inuitos offendas, quantumcunque poſſis id quod feceris, neceſſe fuerit, nec aliter potueris facere. *Cic. lib. de Offic.*

Voluntario facinori nulla eſt excuſatio imprudentiæ. *Cic. Rhet vet. lib.*8.

Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurgat, parum ſibi proſit. *Terent. comœd.*6.

## ❡ Biblica Exempla.

Excuſationis legitimæ exempla: Dauid. 1. *Sam.* 17. 29. Achimelech, 22. 15. Chriſtus, *Matth.* 12. 3. Excuſationis modeſtæ exempla: Fratres Ioſeph, *Geneſ.* 42. 10. Ruben, Gad, & dimidia Tribus Manaſſe, *Ioſ.* 22. *v.* 22. 23. 24. Gedeon, *Iudic.* 8. *v.* 1. 2. 3. Anna, 1. *Sam.* 1. 15. Daniel, *Dan.* 6. 22 Excuſationis peccati exempla: Adam & Eua, *Gen* 3 *v.* 12. 13. Iudas, 44. 16. Iudæi, *Ier.* 2. 35. Excuſationis ineptæ exempla: Sara, *Gen.* 18. 15. Saul, 1. *Sam.* 13. *verſ.* 11. 12. 13. & 15. *v.* 15. 20. Vocati ad cœnam magnam, *Luc.* 14. 18. Excuſationis ironicæ exemplum. Paulus, *Act.* 23. 5.

# Execratio.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG

EXECRATIO, Græce κατάρα, ας, ἡ, & καταρ[...] Et eſt malorum deprecatio. Ab execror, quod [...] deprecor, fit execrabile, deprecabile, euitandum. [...] autem hæc omnia à ſacrum. Vide *Gal.* 3. 13.

### ❡ Adagia.

In vltimas terras, ἐπ' ἔσχατα γῆς.

*Quoties in execratione locum vehementer ſemotum [...] lumus. Theoc. & Cicero.*

Tragicæ execrationes. αἱ τραγικαὶ ἀραί.

*Pro magnis ſeu grauibus & diris imprecationibus.*

Deuotionis templum. ἀρᾶς ἱερόν.

*In eos dicebatur, qui crebris execrationibus [...] Diog.*

Oedipi imprecatio. Οἰδίποδος ἀρά.

*De tragicis imprecationibus & ingentibus malis [...] lam vide apud Æſchylum.*

Phocenſium execratio. Φωκέων ἀρά.

*De iureiurando multis vinculis obſtricto. Vide de P[...] rodot lib.1. & Strab. lib.4.*

In omni fabula & Dædali execratio, ἐν παντὶ μύθῳ [...] μύσος.

*Quadrabit in auctores atrocium facinorum, aut [...] mitatum.*

# Exemplum, Exemplar.

## ❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG

EXEMPLAR, Græce ἀρχέτυπος, ου, ὁ, dicitur. Et eſt [...] mitationem fit aliquid ex intenſione agentis, [...] *quæſtionibus de veritate q.8. art.9.*

Exemplum, Græce παράδειγμα, ατος, τὸ, dicitur. [...] facti, vel dicti præteriti, cum certi authoris nomine [...] *Ciceronem lib.2. Rhet.* Exemplum eſt, non vt totum ad [...] vt totum ad partem, ſed pars ad partem, ſimile ad ſimile [...] vtraq; ſub eodem genere ſunt, ſed vnum altero magis [...] *ſec. Cic. l.1. Rhet.*

### ❡ Loci Biblici.

Exempla mala cauenda, *Pſal.* 18. 27. & 32. 9. & 141. 4. [...] & 23. 3. *Rom.* 12. 2. *Heb.* 38. Exemplorum vſus, *Deut.* 32. [...] 22. *Ioſ.* 23. *v.* 17. 20. *Iud.* 11. 25. *Ruth.* 4. 11. 1. *Sam.* 6. 6. 2. *Sam.* [...] *v.* 30. 31. 1. *Paral.* 15. 13. 2. *Paral* 16. 8. *Nehem.* 13. *v.* 18. 26. *Iob* [...] 34. 5. & 83. 10. *Eſai.* 51. 2. *Ier.* 7. 12. & 26. *v.* 6. 18. & 44. [...] 40. *Ezech.* 20. 36. *Dan.* 5. *verſ.* 21. 22. *Oſe.* 4. 15. & 12. [...] *Matth.* 5. 22. & 6. *v.* 26. 28. & 12. 3. & 24. 37. *Marc.* 2. 26. *Luc.* [...] 25. & 6. 23. & 17. *v.* 26. 28. 32. *Act.* 5. 36. *Rom.* 4. *verſ.* [...] *Cor.* 10. *v.* 6. 11. 2. *Cor.* 8. 9. *Gal.* 3. 6. & 4. 22. *Iac.* 5. *v.* 10. 17. 1. *Pet.* [...]

Exemplar noſtrum Chriſtus, *Ioan.* 13. 15. *Philip.* 2. 5. [...]

Exemplar vitæ & doctrinæ Paulus, *Philip.* 3. 17.

### ❡ Sententiae Biblicae.

Si declinaſti à viro tuo atque polluta es, & concubuiſti cum [...] ro viro, det te Dominus in maledictionem, exemplum[...] rum in populo ſuo. *Num.* 5.

Gladio & igne pereat, & ſic deleatur, vt non ſolum ho[...] ſed etiam beſtiis ſit in ſempiternum, pro exemplo [...] inobedientiæ. *Eſth.* 16.

Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum [...] ram eis. *Iob.* 17.

Qui ſe iungit fornicariis, nequam erit, putredo & ve[rmes] [hære]ditabunt eum, & extolletur in exemplum maius, & [...] mero eius. *Eccl.* 19.

Erit Moab in deriſum omnibus, & in exemplum [...] *Ier.* 48.

Proiiciam ſuper te omnes abominationes tuas, & [...] afficiam, & ponam te in exemplum. *Nahum.* 3.

Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem [...] euerſione damnauit, exemplum eorum, qui impie [...] nens, 2. *Pet.* 2.

Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili mo[do] [...]nicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt [...] gnis æterni pœnam ſuſtinentes. *Iudæ, v.* 7.

Sitis ſine querela & ſimplices filii Dei, ſine reprehenſione [...] dio nationis prauæ, & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut [...] in mundo: verbum vitæ continentes ad gloriam meam [...] ſti. *Phil.* 2.

…ſtra veſtra nota ſit omnibus hominibus. 4.

…mus vobis fratres, vt honeſte ambuletis ad eos qui foris …lius aliquid deſideretis. 1. *Theſſ.* 4.

…lum eſto fidelium in verbo, & conuerſatione, in charita… in caſtitate, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.

…nibus præbe teipſum exemplum bonorum operum, in do… integritate, in grauitate, verbum ſanum irreprehenſibile.

…s ſapiens, & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona con… operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. *Iac.* 3.

…lum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & … patientiæ, prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domi-

…ſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, vt in … detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis … vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. 1.

…voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis im… hominum ignorantiam. *ibid.*

…paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſe… veſtigia eius. *ibid.*

¶ Sententiae Patrvm.

…innocentiæ, parcendo ſinere vt in malum grauius inci… ergo ad innocentis officium non ſolum nemini ma… verumetiam cohibere à peccato, vel punire peccatum: … qui prius odio habetur, corrigatur experimento, aut alii … exemplo. *Auguſt. de ciuitate Dei, & habet.* 23. *quæſt.* 5.

…quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt, cui quidem … concordant: ſed illa quæ tantum digniora ſunt imitatio… excellentiora pietate. *Auguſt. ad Caſulanum, & hab.*

…aliquis de vobis inueniat male viuendi occaſionem: pro… enim bona, vt ait Apoſtolus, non ſolum coram Deo, ſed … omnibus hominibus. Propter nos conſcientia noſtra … neceſſaria eſt: propter vos fama noſtra non pollui, ſed pollere … vobis. Duæ res ſunt, conſcientia & fama, conſcientia neceſ… fama proximo tuo. Qui confidens conſcientiæ, negli… crudelis eſt. *Aug. in ſer. de communi vita cleric. & hab.*

…conſpectu populi male viuit, quantum in illo eſt, eum à … occidit. Omnis qui male viuit in conſpectu eorum … poſitus eſt, quantum in ipſo eſt, occidit & forte qui imi… qui non imitatur, viuit & tamen quantum ad illud … ambo occidunt. *Aug. lib. de paſtor.*

…tantum curemus habere bonam conſcientiam, ſed quan… noſtra infirmitas, quantum vigilantia fragilitatis huma… nihil etiam facere, quod veniat in malam ſuſpicionem … *Aug. lib. de ouibus.*

…in Chriſtum credimus, Chriſti ſectemur exempla. *Hieron.*

…is enim erit ædificatio diſcipuli, ſi intelligat magiſtro ſe eſſe … vnde non ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi debent … opere prouidere, vt cunctum populum cui præſident, con… ſermone ac ſcientia præeant, verumetiam & inferior … exorciſtæ, lectores, cuſtodes ædium, acolythi & omnes om… qui domui Dei deſeruiunt: quia vehementer eccleſiam Dei … meliores laicos eſſe, quam clericos. *Hier. & habet* 8 *quæ.* 1.

…epiſcopi, & conuerſatio, quaſi in ſpeculo poſita magi… publicæ diſciplinæ: quicquid fecerit, id ſibi omnes facien… *Hier. in epiſt. ad Heliodorum.*

…ruſticitas ſolum ſibi prodeſt, & quantum ædificat exem… merito eccleſiam Chriſti: tantum nocet, ſi deſtruentibus … Innocens abſque ſermone conuerſatio, quantum ex… prodeſt, tantum ſilentio nocet. Nam latratu canum, & bacu… deterrenda eſt rabies luporum. *Hier. in epiſt. & eſt in*

…bonis, vt caſtum pudicus, prudentem ſapiens, miſeri… liberalem, affectu pio diligat, & virtutes ſuas in aliis amet. In … aſpectus iam monitio correptionis eſt, perfectioribus … *Amb. ſuper Pſal.* 118. *Beati immaculati.*

…dicit, Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula tunc … ſeruanda, cum culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad in… corda iuniorum: vbi autem ſenior iuuenibus exemplum … præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nam … eſt: Laqueus iuuenum omnes vos: & rurſus: Maledictus … annorum. *Gregor. Ianuario Epiſc. & habetur.* 2. *quæ.* 7.

Ego etiam minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono … paratus ſum. Stultus enim eſt, qui ſe in eo primum exiſti… bona, quæ viderit, diſcere contemnat. *Gregor. Ioan. Epiſcopo … & hab. diſt.* 22. *De Conſtantinopolitana.*

Cum maiores voluptati deſeruiunt, nimirum, minoribus laſciuiæ frena laxantur. *Greg. lib. moral.*

Bona, quæ facere ipſi negligimus, hæc ad correctionem nobis Deus ab illis fieri demonſtrat, vt qui præceptum non attendimus, ſaltem exemplis excitemur, atque in appetitu rectitudinis nil ſibi mens noſtra difficile exiſtimet, quod perfecte peragi ab aliis videt. *idem lib.* 9.

Nullum ego conſilium melius arbitror, quam ſi exemplo tuo fratrem docere ſtudeas, quæ oporteat fieri, prouocans eum ad meliora, & conſulens ei: neque verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. *idem lib* 10.

Quid, eſt quod omnipotens Deus & virtutes ſuas taceri voluit, & tamen ab his, qui illuminati ſunt quaſi inuitus indicatur? niſi quod ſeruis ſuis exemplum dedit, vt ipſi virtutes ſuas occultari deſiderent: & tamen vt alii eorum exemplo proficiant, produntur inuiti, facta ſua occultando ſeipſos cuſtodiunt. Sed dum produntur inuiti bona ad proximos extra tranſmittant, occultentur igitur ſtudio: ſed neceſſitate publicentur, & eorum occultatio ſit cuſtodia propria, eorum publicatio ſit vtilitas aliena. *idem libro* 19.

Volantia animalia ſe viciſſim feriunt alis ſuis, quia ſanctorum mentes in eo, quod ſuperna appetunt, conſiderantes inuicem alternis virtutibus excitantur. Ala enim ſua me percuſſit, qui exemplo ſanctitatis me ad melius accendit: & ala meum vicinum animal ferio, ſi quando alteri opus bonum, quod imitetur, oſtendo. *idem lib.* 24.

Qui pleniſſime intelligere appetit qualis ſit, tales debet aſpicere, qualis non eſt, vt in bonorum forma metiatur, quantum ipſe de ſubiecto difformis eſt. Iuſtorum enim ſpecies quaſi quædam forma nobis imitanda proponitur. Lectio hæc bonorum vita. *idem libro* 30.

Dum nos quaſi licenter lætos aſpiciunt, audacter ſubditi ipſi ad illicita reſoluuntur. *Greg. in mor. ſuper illud Iob.* 29. *Si quando ridebam ad eos non credebant.*

Sunt nonnulli quos ad amorem cœleſtis patriæ plus exempla quam prædicamenta ſuccendunt. *idem lib.* 1. *Dialog.*

Dum monſtrare, qualis debet eſſe paſtor, inuigilo, pulchrum depinxi hominem pictor fœdus. *Greg. in paſtorali, de ſeipſo.*

Qui in occulto bene viuit, ſed alieno profectui minime proficit, carbo eſt. Qui vero in imitatione ſanctitatis poſitus, lumen rectitudinis ex ſe multis demonſtratur, lampas eſt: quia & ſibi ardet: & aliis lucet. *Greg ſuper Ezech. hom.* 5.

Perpendo Petrum, conſidero latronem, aſpicio Zachæum, & nihil in illis aliud video, niſi ante oculos noſtros poſita ſpei & pœnitentiæ exempla. *Greg. hom.* 25.

Cum clericum videmus, admonendus eſt, quatenus ſic viuat, vt exemplum vitæ ſæcularibus præbeat, ne ſi quid in illo reprehenditur, ex eius officio ipſa religioni noſtræ æſtimatio grauetur. *idem in hom. ſuper Euang.*

Ideoque malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim tuo ſedes, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris, populum inſtruis: ſi bene docueris, & male vixeris, tui ſolus condemnator eris. Nam bene viuendo, & bene docendo, populum inſtruis quomodo viuere debet: bene autem docendo, & male viuendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare. *Ioan Chryſoſt. & hac. diſtinct.* 40. *can. Multi ſacerdotes.* §. *Ideoque* 40.

Qui ſanctum virum imitatur, quaſi exemplum aliquod intuetur, ſeſeque in illo quaſi ſpeculo proſpicit, vt adiiciat quod deeſſe virtutis agnoſcit. Minus enim ſeipſum homo ex ſeipſo conſiderat. Sed dum alterum intendit, id quod minus eſt: virtutis addidit. *Iſid. de ſummo bono lib.* 1. *part.* 1. *c.* 11.

Aſpice ex alio tormento quod timeas. Reſpice in alieno exitio quod paueſcas. Euita foueam, in quam alium videris cecidiſſe coram te. Pericula aliena in te pertimeſce. Quæ verbis doces, exemplis oſtende. *idem in Syno. ſoliloquio lib.* 1. *c.* 10.

Vita malos, caue iniquos. Si fueris ſocius conuerſationis, eris & virtutis. Simili ſimili coniungi ſolet: vitam cum malis ducere, periculoſum eſt, & cum his, qui prauæ voluntatis ſunt, ſociari. *idem Soliloquior. lib.* 2. *c.* 3.

Maioris eſt culpæ manifeſte quam occulte peccare, dupliciter enim reus eſt, qui aperte delinquit, quia agit, & docet. *Iſid. de ſummo bono lib.* 2.

Non tibi videtur grauiorem Chriſtus ſuſtinere perſecutionem, qui ſuggeſtione maligna, exemplo pernicioſo, ſcandali occaſione ab eo peruertit animas quas redemit, quam à Iudæo, qui ſanguinem ſuum fudit. *Bernd. in ſerm.*

Sermo quidem viuus & efficax exemplum operis eſt, facile perſuadens quod intendimus, dum factibile probat eſſe quod ſuademus. *idem in ſer.* 2. *de Reſurrect. Dom.*

Pulcherrimus ordo eſt & ſaluberrimus, vt onus, quod portandum imponis, tu portes prior, & ex te diſcas, qualiter oporteat aliis moderari. *Bern. in epiſt.* 72.

Validiora ſunt exempla, quam verba, & plenius opere docetur, quam voce. *Leo Papa in ſerm. ieiunio.*

Sic luceat lux veſtra coram hominibus: id vero ex hoc fit: cum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

apparet miſericordia in affectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modeſtia in cohabitatione, patientia in tribulatione. *Hugo de clauſtro animæ lib.2.*

Illi prudentiores ſunt ſemper habiti, qui multorum hominum conuerſationibus probantur eruditi. *Caſſ.l.1.Epiſt epi.38.*

Clarius enim ſuas maculas reddunt, ſi illi, ad quos multi reſpiciunt, aliqua reprehenſione ſordeſcunt. Alioquin expedit non videri, quam cunctorum irriſione ſignari. Omnes ergo, qui grauiorum celſa petimus vitiorum, humilia deſeramus, ſit in nobis frons libera, vt aliorum poſſimus emendare peccata, æquat crimen omne quod inquinat, & ideo diſſimilis ab accuſato debet eſſe, qui iudicat. *idem lib.5 epiſt,*

Inſtructus redditur animus in futuris, quando præteritorum commouetur exemplis, *idem lib.5.epiſt.44.*

Res minor ad potioris currit exemplum, & alieni facti iure iudicem ſuſtinet, qui peccatis præſtat exempla. *idem lib.10.epiſt.13.*

Nemo amplius acquirit, quam qui ſe bona conuerſatione tractauerit. *idem lib.12.epiſt.3.*

Qui docent tantum, nec faciunt ipſi, præceptis ſuis detrahunt: Bonum eſt autem recta & honeſta præcipere: ſed niſi & facias mendacium eſt, & incongruens atque ineptum, non in pectore, ſed in labris habere bonitatem. Qui nimium parcus eſt, diſcit aqua, & polenta vitam poſſe tolerari: Qui odit vxorem, hui enumerantur cœlibatus bona. Habenti malos liberos, orbitas prædicatur. Aduerſus impios parentes nullum vinculum eſſe naturæ, literæ licet paucæ ſint, varie tamen collocatæ, innumerabilia verba conficiunt. Non enim fas, aut eum qui ſceleratus, in vita feliciter effingere, quod meretur, aut eum, qui ob iuſtitiam miſerrimus fuerit, ſua in mercede fraudari. *Lactantius Firmianus lib.3. Diuinarum inſtitutiõ. aduerſus gentes.*

Sanctorum exempla perſpicaciter recordamini. *Innocentius Papa, & hab. diſt.20. De quibus cauſis.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Plautus in Pſeudolo.

*Probum eſſe patrem oportet, qui gnatum ſuum*
*Eſſe probiorem, quam ipſus eſt poſtulat.*

Ibidem.

*Idne tu miraris ſi patriſſet filius?*

Claudianus.

*Scilicet in vulgus manant exempla regentum.*

Ouid. de Ponto lib.3. eleg.2. ad Cottam.

*Cum feriant vnum, non vnum fulmina terrent:*
*Iunctaq; percuſſo turba pauere ſolet.*
*Cumq; dedit paries ventura ſigna ruinæ,*
*Sollicito vacuus fit locus ille metu.*
*Quis non è timidis ægri contagia vitat,*
*Vicinum metuens ne trahat inde malum?*

Idem 6. Faſtorum.

*Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,*
*Cum iudex alios quod monet ipſe facit.*

Hor. Carm. lib.3. Ode.5.

*Hoc cauerat mens prouida Reguli,*
*Diſſentientis conditionibus*
*Fœdis & exemplo trahentis*
*Perniciem veniens in æuum,*
*Si non periret immiſerabilis*
*Captiua pubes.*

Hor. Serm. lib.1 Saty.1.

*Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris*
*Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo,*
*Quem ſtruit, haud ignara ac non incauta futuri.*

Iuuen. Satyr.14.

*Plurima ſunt Fuſcine & fama digna ſiniſtra,*
*Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,*
*Quæ monſtrant ipſis pueris, traduntq; parentes.*
*Si damnoſa ſenem iuuat alea ludit & hæres*
*Bullatus paruoq; eadem mouet arma fritillo.*

Ibidem.

*Expectas vt non ſit adultera largæ*
*Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos*
*Tam cito nec tanto poterit contexere curſu,*
*Vt non ter decies reſpiret? conſcia matri*
*Virgo fuit ceras nunc hac dictante puſillas*
*Implet, & ad mœchos dat eiſdem ferre cynædis.*
*Sic natura iubet: velocius & citius nos*
*Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica.*

Ibidem.

*Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducunt,*
*Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ.*
*Abſtineas igitur damnis huiusce, etenim vel*
*Vna potens ratio eſt ne crimina noſtra ſequantur*
*Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis*
*Turpibus ac prauis omnes ſumus, & Catilinam*
*Quocunq; in populo videas, quocunq; ſub axe*
*Sed nec Brutus erit. Bruti nec auunculus*
*Nil dictu fœdum, viſuq; hac limina tangat,*
*Intra quæ puer eſt, procul hinc procul inde*
*Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.*
*Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid*
*Turpe paras: nec tu pueri contempſeris annos,*
*Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.*
*Nam ſi quid dignum cenſoris feceris ira,*
*Quandoquidem ſimilem tibi ſe non corpore*
*Nec vultu dederit morum quoq; filius, & cum*
*Omnia deterius tua per veſtigia peccet,*
*Corripies nimirum, & caſtigabis acerbo*
*Clamore, ac poſt hæc tabulas mutare parabis,*
*Vnde tibi frontem libertatemq; parentis,*
*Cum facias peiora ſenex vacuumq; cerebro*
*Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita quær*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Id agamus, vt meliorem vitam ſequamur, quam contrariam. Alioquin quos emendare volumus, fuga auertimus. Illud quoque efficimus, vt nihil imita dum timent ne imitanda ſint omnia. Hoc primum promittit, ſecundum omnem humanitatem & co qua profeſſione diſſimilitudo nos ſeparabit. Videa quæ admirationem parare volumus, ridiculoſa & od *ca ad Lucilium in epiſt.*

Prodeſt ſine dubio, cuſtodem ſibi impoſuiſſe, & ſpicias, quem intereſſe cogitationibus tuis iudices. longe magnificentius eſt, ſic viuere, tanquam ſub ac ſemper præſentis oculis. Cum iam profeceris etiam tui reuerentia, & donec te eum feceris, cum audeas. *idem epiſt.25.*

Dignus tibi ſis: coram te peccare pudeat. Diſc poſterior dies ex vitio alterius, ſapiens emendat maiorum ſequi veſtigia, ſi recte præceſſerint. *idem cebit dimittas pædagogum.*

Si bene egeris, ipſe tibi perſonæ authoritatem ſcire pati, nec facere iniuriam. Author malus bon facit. *Seneca in ſententijs Orator.*

Filius, quid imitandum ſit, diſcet exemplo. *Sen*

Exemplis vtimur in dicendo, vt facilius intelli tur. *Ariſt. lib.1. Poetriæ.*

Exempla non ponimus, quia ita ſint, ſed vt ſen *idem lib.1. Priorum.*

Oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt. *idem & Mundo.*

Accipere virtutes virtuoſorum, beatiſſima eſt vita. *Ethic.*

In omnibus oportet imitari meliorem; vel qu *idem.*

Magis mouent exempla, quam verba. *idem lib.*

In actionibus humanis minus creditur ſermonibus tibus. *ibid.*

Quando ſermones diſſonant in operibus ſenſibil temnuntur. *ibid.*

Iuuenes ſunt cuſtodiendi, vt nec dicant, nec audian turpe aliquod, quia ex dicere & audire aliquid turp facere aliquod turpe. *idem lib.7. Politicor.*

Conſiderandum hunc eſſe fructum legendi, æmul aliis probes: & quæ maxime inter aliorum dicta mi vſum tuum opportuna deriuatione conuertere, quo inter ſe, quam à Græcis, & Græcorum excellentes runt. *Macrobius. Satur. lib.6.*

Plebeia ingenia magis exemplis, quam oratione *Saturnal. lib.1.*

Plerumq; autem præceptis parentum imbuti ad tudinem moremque deducimur. *Cic. lib. de Offic.*

Exemplum vitioſum eſt, ſi aut falſum eſt vt repre improbum, vt non ſit imitandum: aut maius, aut postulat. *idem Rhetor. lib.2.*

Exemplum eſt alicuius facti, vel dicti præteriti ris nomine propoſitio. *ibid.*

Hoc ipſum maximum artificium eſt, aut in arte exemplis vti. Nam rerum omnium imperiti, qui de rebus ante geſtis exempla petere non poſſunt: tiam facillime deducuntur in fraudem. At hi, qui accideritis, facile ex eorum euentibus ſuis poſſunt dere. *Cic. Rhet. nouor. lib.4.*

Duo illa nos maxime mouent, ſimilitudo & exe *Orat.*

Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia carmine comprehenſa pangebant, quo ad ea imitanda uenum alacriorem redderent. Quid hoc ſplendidius lius certamine? Pubertas carnis ſuum decus redde rium curſu ætas, ingredientes actuoſam vitam proſequebatur. *Val. Max. lib.2. titulo de Inſtitutis*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ SIMILITVDINES.

Chryſoſtom. ſicut in corpore ſi aliquod membrum infirmatur, non omnino languet ſtomachus: ſi autem ſtomachus ... omnia membra inueniuntur infirma: Sic ſi aliquis Chriſtianus peccauerit, non omnino peccant & ſacerdos: ſi autem & ... fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum. In Matth. 21. hom. 38.

... lapides qui ſunt intus in ædificatione, nemo aſpicit, ſed eos ... foris, omnes conſiderant: Sic ſecularium hominum vi... quæ ſic conſiderantur, neque ſic nocent Eccleſiæ. In 21. Matt. ... 40.

... qui regendos alios ſuſcepit, tanta decet gloria virtutis ex... vt inſtar ſolis, cæteros velut ſtellarum igniculos in ſui fulgore obſcuret: debet huiuſmodi vitam habere immaculatam atq; ... vt omnes in illum, & in eius vitam, veluti in exemplar ... excellens, intueantur. Hom. 10. ad Hebræos.

... magnum diſcipulo in mari ſolatium, magnamq; fiduciam, ... meminit, magiſtrum fere naufragium feciſſe & fuiſſe ſerua... Neque enim arbitratur iam fluctus illos atq; tempeſtates, ex ... imperitia inſcitiaque, ſed ex ipſius rei natura contingere: ... permagnum eſt, ratione ſolatii. Fert item in bellis tribuno vel ... agminis duci, maxima incitamenta virtutis, cum impera... vident vulneratum primo, tum demum euadere eius vulne... & fidelibus quibusque multum affert ſolatii, quod Apoſto... meminit toleraſſe plurima. Ad Titum. hom. 4.

... Chryſoſtom. quemadmodum qui laborant ab oculis ſi ſpon... ... cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea ..., et eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: Sic ... hominis clementiſſimi & humaniſſimi imaginem præ ocu... ..., & in hunc aſſidue oculos defigas, etiamſi millies abun... ... mentis oculum perturbans ad hoc virtutis exemplar re..., perfectam conſequeris ſanitatem, puramque animi phi... ... ac tranquillitatem. Hom. 2. Periculoſum eſſe adire ſpe...

... in theatralibus ſcenis, vnus atque idem hiſtrio, nunc ... robuſtus oſtendit; nunc mollis in Venerem frangitur, ... in Cybelem: Ita & nos (qui ſine mundo non eſſe... ... à mundo) tot habemus perſonarum ſimilitudines; ... peccata. Ad Marcellam.

... quemadmodum pictores quum imaginem ab imagi... ... identidem exemplaria ſpectantes illorum lineamenta ... opificii vſum transferre ſtudent: Sic qui ſe ſtudeat omni... partibus perfectum efficere, debet elaborare, vt quaſi ad ... motu & actione prædita vitas ſanctorum ſæpe oculos a... ... In epiſtola ad Grego. de vita ſolitaria Antonius ... part. 2. Meliſſæ ſer. 35.

Plutarch. Erungium herbam ſi vni capræ in os inſeras, cum ... tum omnes conſiſtunt, donec paſtor herbam eximat: ... mores mira vi in populum transfunduntur. in mora...

... qui ſe comunt, adhibent ſpeculum: Sic geſturus negotium ... landatorum virorum exempla. ibid.

... plus offendit næuus aut verrucula, quam in reliquo cor... grandes maculæ aut cicatrices: Sic exigua delicta, magna viden... ... cuius vita in conſpicuo eſt, ibid.

... ediſcebant nomina digitorum, iisque aduerſus terrores; ... remedio vtebantur ſingulis lente recitatis: Sic aduerſus om... perturbationes, exempla quædam optimorum virorum ... ſunt in promptu. ibid.

..., qui ſibi comparatione deteriorum bonus videtur, per... ac ſi quis ad claudos reſpiciens, ſuam miretur velocita...

... vt Zeuxis picturus Iunonem, Agrigentinis omnib. vir... inſpectis, quinque præcipuas elegit, ex quibus quod eſſet ... præcipuum, imitaretur: Ita è plurimis optimis nobis ... vitæ aut dicendi proponendi ſunt: nec in his tamen ... ſunt omnia, ſed optima in ſimilib.

... defectus magnam mortalibus perniciem trahit: Ita regis ... leuis, magnam tamen rebus humanis gignit pertur... ibid.

... veluti terra cum ſemel culta iterum ſuapte natura ex..., certe annua ſemente opus habet: Ita in nobis prompte ... repullulant, niſi animus noſter quotidie nouis virtutum re... exemplis. in apoph. 8.

... non vbique ſemen æque alacre eſt, aut æque lætum fructum ..., ſed pro natura cœli, terræ atque aeris ſæpe veniat: Ita & ... frequentius imitantur parentum, magiſtrorum ac ſodali... mores, quam ipſas præceptiones, naturam ac leges. in apophthe...

... Filij non theſaurizant parentibus, ſed parentes filiós. Proinde an... principes tanto deberent cæteros antecellere victus frugali... quanto præferuntur honore. in apoph. 96.

... ſtatim quicquid corruptum eſt, ſæpe ad fœcunditatem a... colligitur, ſal vero corruptum ad nihil conducit, niſi vt ſtratum ſternat, & pedibus conculcetur: Similiter feruntur vtcunque vitia hominum priuatorum, ſed quaſi pedibus vulgus it, ac impingit in abominationes primatum. in apoph. 94.

---

# Exercitium. Exercitatio.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

EXERCITIVM, Græce γυμνασία, ας, ἡ, dicitur. Et eſt vitæ humanæ conſeruatio, caloris naturalis lima, exercitatio dormientis naturæ, virtutum corroboratio, ſuperfluitatum conſumptio, otio inimicum, temporis lucrum, iuuentutis debitum, & ſenectutis gaudium. Ille ergo ſolus ab exercitio ſuſtineat qui ſanitatis beneficio vult carere. ſecundum Fulgentium.

Exercitatio, Græce ἄσκησις, ιος, ἡ, & ἀσκέω, exerceo dicitur; venitq; ab arceo, quod eſt, premo, fatigo, quaſi extra arceo. Exercere proprie fatigare eſt. *Terentius. I ſane, ego te exercebo hodie vt dignus es ſilicernium.* Aliquando exercere ponitur pro agitare, commouere, pro inſequi, pro laborare, colere. à cuius frequentatiuo exercito fit exercitium & exercitatio: & exercitus fatigatus particulariter: & exercitus nomen, hoc eſt, militum multitudo quod exercendo fit melior.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus. *Prou. 12.*

Quodcunq; facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. *Eccl. 9.*

## ¶ SENTENTIAE PATRVM.

Cum ſit vtilis ad inſtituendum lectio & adhibita collatione maiorem intelligentiam præbeat, melius eſt conferre quam legere: collatio docibilitatem facit. Nam propoſitis interrogationibus cunctarum rerum error excluditur, & ſæpe obiectionibus latens veritas aperitur. *Iſid. de ſum. bon. l. 3.*

Sæpe illa, quæ in publico non valemus, neceſſario quædam prius in ſecreto exercitationis vſum expoſcunt, quia ſi ea prorſus in occulto negligimus, vti poſtmodum eis, dum opus eſt, in publico non valemus. *Hugo de inſtitutione nouitiorum.*

Conſtat omnem operam ſi longa intercapedine quieſcat; ægre reſumi. Quis enim ignoret cunctis aut artificibus, aut artibus maximum decus vſu venire: dumque ſtudia conſueta non frequentantur, brachia in corporibus; ingenia pigreſcere in artibus? *Caſſ. lib. 9.*

Aceſcit profectò ingenium, niſi vigilantia reparetur: citò expediuntur horrea, quæ aſſidua non fuerint adiectione ſuffulta: theſaurus ipſe, quàm facile profunditur; ſi nullis iterum pecuniis completur: ſic humanus ſenſus cum alieno non ſarcitur; id eſt; reſtauratur inuento, citò poteſt attenuari de proprio. *Caſſ. l. 9. 4. epiſt.*

Non facile capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio. *Hier. in ſerm.*

Ruſticus duros habet neruos, lacertos fortes; exercitatio hoc facit, ſiue cum corpore inoleſcit, voluntas facit vſum, vſus exercitium, exercitium vires ſubminiſtrat. *Bern. ad fratres.*

Paſtoribus vigilantibus exhibita eſt viſitatio angelorum & allocutio. Agnoſcant ergo homines, quia qui in labore hominum non ſunt, viſitari ab angelis non merentur. *Bernh. in ſerm. 3. natiuitatis Domini.*

## ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Virg. in Georg.

*Labor omnia vincit*
*Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.*

Heſiodus.

*Dij bona laboribus vendunt.*

Horat.

*Perrupit Acheronta Herculeus labor.*
*Citra laborem nil bene eſt.*

Sopho. in Elect.

*Quæcunq; votis expetuntur, prædicant*
*Egere curis, qui valent prudentia.*

Antiphan.

*Domat atq; ſubigit cuncta diligentia.*

Ouid. in epiſt. Phædræ ad Hippolytum.

*Ars ſit, vbi à teneris crimen condiſcitur annis.*

Ibidem.

*Quod caret alterna requie, durabile non eſt,*
*Hæc reparat vires: feſſaq; membra leuat.*

Ibidem.

*Arcus & arma tua tibi ſint imitanda Diana:*
*Si nunquam ceſſes tendere mollis erit.*

## ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

Omnes artes, omniaque opera quotidiano vſu & iugi exerci-

tatione proficiunt. Quod ſi in paruis verum eſt: quanto magis decet in maximis cuſtodiri? *Veget. de re milit. l. 2.*

Vita humana proprie vti ferrum eſt: ferrum ſi exerceas conteritur: ſi non exerceas, tamen rubigo interficit: item homines exercendo conteri: ſi nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti affert: quam exercitatio. *Gell l. 11.*

Quem in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. *Senec. 23. epiſt.*

Diligentia cuiuslibet operis obtuſitas permollitur: ſic prudentia ſine iuſtitia parũ vel nihil prodeſt: iuſtitia vero ſine prudentia multum: ſic ſine vſu ſcientia parum: vſus autem cum ſcientia multum. *Boe. de diſciplina ſcho.*

Conſtantia parit, conſtantia parta diſſoluit. *idem ibid.*

Scintillula difficilis veritatis, facilius in diſſerendo reperitur, quã ſi ſtudio obſeruantiæ per multum tempus committeretur: iuxta illud Ariſtotelis, bona opinio facit videre verum *idem ibid.*

Vnum hoc ad virtutis animi partem ſummopere conferre dicamus, exercitationem videlicet infantium, quæ in moribus eſt. *Plat. 7. de leg. Dial.*

Oportet vos verborum noſtrorum memores, ſi quid aliud exercetis cum virtute exercere: ſcientes abſque virtute exercitationes & poſſeſſiones omnes malas ac turpes eſſe. *Exercitatio ſine virtute manca. idem in Menex. l. 30.*

Exercitium eſt cauſa ſanitatis, & è conuerſo. *Ariſtot. lib. 5. Metaphyſic.*

Exercitium vt in pluribus conſeruat ſanitatem. *idem lib. 1. Rhetorices.*

Exercitium temperatum conſeruat ſanitatem. *Ariſtot. libro 2. Ethic.*

Exercitatio facultatis gratia ſuſcipitur. *l. 8. Top. c. 5.*

Et profuſæ & remiſſæ nimium exercitationes labefactant vires, euertuntque funditus: & poculenta ac eſculenta ſi modum tranſeant, vel infra modum adhibentur, labefactant valetudinem eodem modo: ſin moderata ſunt & modica: pariunt, augent, ac tuentur. *l. Ethic. 2. c. 2.*

Qui optime ſit corpore conſtitutus naturæque bonis, & adiumentis inſtructus: ei exercitatio optima conueniat, neceſſe eſt. *l. 4. de Rep. c. 1.*

### ¶ Apophthegmata.

*Diogenes* dicebat, vſum atque exercitationem quemadmodum in actionibus extraneis, ita & in actionibus virtutis & animi, tum celeritatem quandam, tum facilitatem parere. *Laert. l. 6.*

*Ariſtoteles* frequenter dicere ſolebat ad parandam ſapientiam tria potiſſimum neceſſaria eſſe: Naturam, doctrinam, exercitationem. Exercitatio enim niſi naturæ & doctrinæ accedat, nil ſolidæ eruditionis hauries. *Laert. l. 5. c. 1.*

*Demonax* quendam infeliciter declamantem admonuit, vt ſeſe diligenter exerceret: cumq; is reſpondiſſet, Nunquam apud me non declamo: nihil igitur mirum, inquit, ſi dicis inepte, qui hactenus ſemper ſtulto auditore ſolitus ſis vti. *Eraſ. l. 8 apoph.*

*Cicero*, cum M. Craſſum pro roſtris magno populi applauſu laudaſſet, & eundem poſtea ex eodem loco acribus conuiciis inceſſeret: Quid, ait Craſſus, an non me nuper ex hoc ipſo loco laudaſti? Laudaui, inquit, ſed exercendi gratia argumentum infame declamans. Solent enim Rhetores tractare materias ἀδόξας, velut cum laudant Buſiridem, aut febrim quartanam, aut ingratitudinem. *Eraſ. l. 4. apoph.*

*Socrates* dicere ſolitus eſt, ſaltatione mouenti corpus ſpatioſa domo opus eſſe ad exercendum ſeſe: at qui cantu aut ratione ſeſe exerceat, huic vel ſtanti, vel accumbenti quemuis locum ſufficere. Hoc dicto probabat moderatas exercitationes, præſertim à cibo ſumpto: turbulentiores improbabat. *Eraſ. l. 3. apoph.*

*Idem* cum ad veſperam vſque deambulaſſet ſtrenue, interrogatus cur id faceret? reſpondit, Quo melius cœnem. Oſtendit vir ſapientiſſimus, exercitationem corporis multum prodeſſe ſanitati. *Cic. l. 5. Tuſc. quæſt.*

*Plato* ſolebat admonere, vt neque corpus ſine animo exerceamus, neque animum ſine corpore vt pariter vtriusque curam habeamus. Nam alterum athletarum eſt, alterum inertium, *Laertius lib. 3.*

*Anonymus.* Quoniam apud Lacedæmonios in ſummo pretio erat ius, quod illi nigrum appellant, adeo vt ſeniores hoc contenti non deſiderarent carnes, ſed eas iuuenibus cederent, Dionyſius Siciliæ tyrannus dicitur huius gratia coquum emiſſe Laconicum, eiq; mandaſſe vt ſibi hoc ius appararet, nullis parcens impendiis. Quod vbi rex guſtaſſet, ac diſplicuiſſet, expuit. Tum coquus. Hoc (inquit) ius, ô rex ſumendum: poſtquam te Laconum more exercueris, & in Eurota laueris. *Plut. in Lacon.*

### ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* ſicut omne artificium corporea viſitatione ſeruatur & additur: Sic & gratia omnis per exercitationem additur, & per deſidiam minoratur. *In c. 3. Matth.*

*D. Hieronymi.* qui nauali prælio dimicaturi ſunt, ... in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos ... nus & vncos præparant: diſpoſitumque per tabulata ... dente gradu & labente veſtigio ſtare firmiter conſue... in ſimulacro pugnæ didicerint, in vero certamine ... ſcant: Ita & ego qui diu tacui (ſilere quippe me fecit ... mo ſupplicium eſt) prius exerceri cupio in paruo ... quandam rubiginem linguæ abſtergere, vt venire ... rem hiſtoriam. *in vita Malchi monachi.*

*Pij Pontificis.* ſicut cæca eſt ſine diſplicina natura: Sic ... eſt diſciplina, in vtraque tamen parum momenti fuerit ... ris exercitium: ſed hiſce tribus abſolutio compara...

*Plutarchi.* vt ferrum aut æs vſu ſplendeſcit: Sic ... tiis eniteſcit animi vigor. *in moral.*

*Vt ferrum* ſi non vtaris, obducitur rubigine: Sic ... negotiis tractandis exerceas. *in moral.*

*Ioannis Ludouicus Viuis.* Cato ingenium homin... eſſe ſimile, quod ex vſu ſplendeſcit: at in ocio rubig... & exeditur. Exercendum ſemper ingenium: ocia ... tiorum ſeminarium: ſed honeſto aliquo & pulchro ope... ditione & virtute. Nam flagitioſis aut turpibus ... non exercere eſt, ſed corrumpere. *in Satellitio. ſ. 2...*

*Thriueri.* Vinum ſuapte ſponte paulatim expirat ... vlla tam magna eruditio, & virtus, quæ non ... tandem elangueſcit atque decreſcit. *in apoph. 19.*

### ¶ Historica Exempla.

*Demoſthenes* cum ſibi non tam artem, quam ... nunciationem deeſſe animaduerteret: ſubterraneum ... ſuæ ædificauit, in quem ſingulis diebus deſcendit ... dæ, vocisque componendæ cauſa: ſæpe etiam duos ... continuos ibi egit, raſa altera capitis parte: vt ne ... gredi, inde præ verecundia poſſet. *Ælian. lib. 7. Var... Plut. in Demoſth.*

*In Elide* ſeptum eſt, quod Xiſtus ex eo appellatur ... *Amphytrionis* filius, ad laborum patientiam quotid... tionibus ſe confirmans, ſentes omnes, qui pullula... vellere ac eradere ſit ſolitus. *Pauſ. l. 6.*

*Lycurgus* requirenti, cur corpora Virginum curſ... rum & iaculorum iactu ſubigeret? Vt, inquit, ... dum in valentibus corporibus exordium accipiens ... & ipſæ ſtrenue partus ſubeuntes, facile ſimul & ... perii decertent dolores: ac ſi qua incumbat neceſſita... ſua liberorum, & patriæ ſalute pugnare. *Plut. in apoph.*

*Epaminondas* ephebus factus, vbi palæſtræ dare ... non tam magnitudine virium ſeruiuit, quam veloc... ad *Athletarum* vſum: hanc ad belli exiſtimabat ... nere. Itaque exercebatur plurimum currendo & ... finem, quoad ſtans complecti poſſet, atque conten... plurimum ſtudii conſumebat. *Probus in Epaminonda.*

*Socrates* vſque ad veſperum contentius interdum ... citur. Interrogatus autem, cur id faceret? Quo melius ... ſonari inambulando famem, reſpondit, *Plato lib. 2. de ...*

---

# Exilium.

### ¶ Definitio.

EXILIVM, Græce φυγὴ, ῆς, ἡ, & φυγὰς, άδος, ... lium autem venit ab exul, qui dicitur extra ſolum ... eſt, qui extra patriam eiectus eſt: hinc exulo verbum ... extra patriam eiectus viuo, & exulabundus in exilio ... Exſul, extra ſolum natale eiectus. Heb. *Nabd*, à verbo ... eſt, natauit, fugit, vagatus eſt. Exemplum in Cain ... Græce νωτίζω fugio, tergum verto. De exilio prolixe ... nus in Dictionario.

### ¶ Poeticæ Sententiæ

Eurip. in Med.

Πολλ' ἐφέλκεται φυγὴ κακὰ ξὺν αὐτῇ.
*Multa attrahit exilium mala ſecum*
Μόχθων δ' οὐκ ἄλλος ὑπέρθεν,
Ἡ γᾶς πατρίας στέρεσθαι.
*Laborum non aliud ſupra*
*Quam terra patria priuari.*

### ¶ Sententiæ Philoſophorum

Exilium, eſt ſcelerum pœna, *Parad. 4.*

Exilium ibi eſt, vbi virtuti non eſt locus. *Pro Milon.*

Omnes ſcelerati & impii, quos leges exilio affici ... ſunt, etſi ſolum non mutant. *Parad. 4.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Exilium terribile eſt iis, quibus quaſi conſcriptus eſt habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum, vnam vrbem eſſe ducunt. *Parad. 4.*

Si eſſe à patria miſerum eſt, plenæ miſerorum ſunt prouinciæ, quarum admodum pauci in patriam reuertuntur. *1. Tuſc.*

Ad omnem rationem Teucri vox accommodari poteſt: Patria eſt vbicunque eſt bene. *5. Tuſc.*

Exilium non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portusque ſupplicii, nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem, eò ſe vertunt, hoc eſt, ſedem ac locum mutant, qui ſi ciuitate legis habere vellent, non prius ciuitatem, quam vitam amitterent: quæ tum, non adimitur iis ciuitas, ſed ab iis relinquitur atque deponitur. *Pro Cæcin.*

Exilium id quod fit propter alienam, & offenſam populi voluntatem, malum eſt. *1. Tuſc.*

De exilio. DIAL. LXVII.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Exilio pellor iniuſto. R. Quid tu igitur iuſto pelli malles exilio? Atqui quod ad iniuriæ cumulum ais in diuerſum trahitur: habes exilii ſolatium comitem iuſtitiam, quæ iniuſtos ciues deſtituens, te ſequuta, tecum exulat. D. Iniuſto exilio pulſus ſum. R. An te expulit an tyrannus, an populus, an hoſtis, an tu ipſe? Nam ſi tu, iniuſtum exilium non erit, aut ipſe non iuſtus. Atque ita nec queri decet. Si tyrannus, ab illo te pulſum gaude, ſub quo boni exulant, ſcelerati imperant. Si populus, moribus ille ſuis vtitur, bonos odit, tantoque multiceps tyrannus nunquam ſui ſimilem pepuliſſet. Non te igitur patria, ſed malorum cœtibus arceri, neque in exilium, ſed in partem bonorum ciuium cogi putes. At ſi hoſtis, agnoſce naturæ leuitatem, non hoſtiliter ſæuiit, qui omnia cum poſſit tamen abſtulit, ſpem reliquit. Sin tu ipſe, mores populi peroſus, voluntarium abitum elegiſti, modo ne doleas, ſed etiam gloriare virtutem patriæ prætuliſſe, non tu flebilem ſed honeſtam, & prorſus voluntariam, bonis atque optabilem, non iam exilii, ſed abſentiæ cauſam habes. Sponte Pythagoras Samon liquit. Athenas Solon. Romam Scipio. D. Exilio damnatus ſum. R. Multos exilium honeſtauit, multos acrior aliqua fortunæ vis, atque iniuria notos reddidit & illuſtres: quid te vetat illis inſeri, qui quaſi ignem, de ſilice famam collisionibus quæſiere? D. In exilium agor. R. Habes in hiſtoriis magnos rei huius ſocios, quorum ſpecioſiſſimus comitatus, non ſenſuum modo doloris imminuat, ſed obliuionem afferat. Non minor in exilio Camillus fuit, quam fuiſſet domi: quanto quantus exul, qui victorias ac triumphos non iuſtitia minus quam proſperitate conſpicuos in Capitolium duxit, mox hinc pro accepta iniuria, ingratæ ſalutem patriæ rependit. Non ſatis tamen clari exulis exemplum fateor. Sed Rutilius & Metellus tam nihil exilio fracti ſunt, vt Rutilius reuocatus ab illo, cuius non parere capitale erat, exilium amplexus reditum contempſerit, ſeu ne vlla in parte ſenatui, in iuſtisque licet legibus paruiſſet, ſeu ne forte exul iterum fieri poſſet. At Metellus eodem quo in exilio profectus erat, vultu atque animo remearet. His Marcellus accedat. Hic vltimus, qui in belli ciuilis tempus incidit eo tempore non ſolitam modo conſtantiam, honeſtarumq; artium ſtudium non omiſit ſed ſtrinxit arctius, & publicis liber curis excolendo animo tam ardenter incubuit, vt ad ſcholas miſſus celeberrimas, non ad exilium videretur: quod quidem in Cicerone ſpectatus operum ſplendor, & literarum copia maior facit, non modo, ſed carceris dulce ſolatium. D. exilium patior. R. Exilium breue cito te patriæ tuæ reddet, Longum vero aliam tibi patriam dabit, vnde exulent, qui te exulem voluere, dediſſetq; nunc, ſi ad naturam rerum non, ad opiniones hominum aſpiceres. Valde anguſtus eſt animus, qui ſic ad vnum terræ angulum ſe applicat, vt quicquid extra ſit exilium putet. Multum abeſt exilii debere ab illa animi magnitudine cui totus orbis carcer exiguus eſt. Interrogatus Socrates cuias eſſet, mundanus inquit ſum. Socraticum reſponſum. Athenienſem ſe alius reſpondiſſet. Socratem patria omnium mundus erat; non hic ſolum, quem mundum dicitis, cum pars vltima mundi ſit, ſed cœlũ ipſum; hac rectius appellatione comprehenditur: illi patriæ deſtinatus, ad quam ſi ſuſpirat animus, qualibet in parte terrarum peregrinum atque exulem ſe nouerit. Nam quis patriam vocet vbi non maneat, niſi ad breue tempus? Illa vere cuiusque patria dicenda eſt, vbi quisque perpetuo ſecurus ac tranquillus deget. Quære hanc in terris, irrita erit inquiſitio. Vt naturæ autem lex eſt data mortalibus ac præſcripti fines, dum hic viuitur terra omnis patria veluti eſt, intra quam, qui ſe exulem facit, non tam rei, quam animi vitio laborat. Non habemus hic manentem ciuitatem dixit Paulus. Omne ſolum forti patria eſt, inquit Naſo. Omne homini natale ſolum, ait Statius. His te vocibus armatum velim quibus vbique vnus, vbique tanquam, vel ſemper in patria tua ſis. D. Ire in exilium iubeor. R. Sponte, peregrinatio erit, non exilium, & memento, quibusdam reditum pro exilio fore. Sunt quibus nunquam peius quam in patria ſua ſit. D. In exilium cogor. R. Cupiendo quod cogeris, efficies ne cogaris. Omne violentum patientia vincitur, & deſinit eſſe violentum, quod volenti fit. D. Ire in exilium eſt neceſſe. R. Tu fac volens, quod vel nolens faceres, fac lætus omnia, ne quid mœſtus patiaris. Ita omnem vim neceſſitatis, omnes clauos quos adamantinos illi tribuunt, cathenasque, omne tædium, moleſtiamq; diſcuſſeris, ſed vos impoſſibilia cupitis, neceſſaria fugitis. Vtrumque nequicquam. D. In exilium eo. R. Immo forſan in requiem ſub obtentu falſæ miſeriæ vera felicitas, iam ſaltem inuidia tutus eris, propera, mixtamque cum gloria ſecuritatem arripere. Tutis, & honeſtis latebris nihil eſt dulcius. Nullæ his conferri poſſunt vrbium plateæ. D. Pellor è patria. R. Pulſum te peſſimis, optimis inſere, neque te patria, ſed patriam te indignam rebus proba. Sentiat illa quid prodiderit, tu nihil perdidiſſe te ſentias, mali ciues tui, tædio ſimulque præſentis odio ac ſuſpicione carent, boni autem amore abſentis, ac deſiderio teneantur, ſequanturque oculis, atque animis abeuntem, illi ſe ſolos linqui doleant, tu te comitatum gaudeas proficiſci, neque in tergum reſpicias, neque reditum cogites, neque cum illis eſſe cupias, qui te cupiunt abeſſe. neque demum, quod a te fieri debuit, ab alio factum ægre feras. Debuiſti cedere ciuium inuidiæ, vtque illam frugeres vltro in exilium ire. Huius ego conſilii dux eram, nec exempli duces deerant clariſſimi. Nam in primis tres magnos Scipiadas id feciſſe nouercas, tamque perſeueranter, vt patriam ſua præſentia, qua nil charius habebant, ſpoliatam indignam quoque cineribus defunctorum, quidem inſuper famoſo dignam epigrammate iudicarent. Nomina ſunt immortali memoria, quæ tibi per famam, perque omnis hiſtoriæ fidem ignota eſſe non poterant, Africanus, Naſica, Lentulus. D. Mittor in exilium. R. Immo in experimentum tui, videris quem te in exilio præbeas, ſi ſuccumbis exul verus, ſi conſiſtis exilio clarus, vt multi olim, qui inuicti & fulgidi per aſperitates inceſſerunt, vt ſequentibus rectum iter oſtenderent. Sine tyrannos ſæuire, ſine populum furere, ſine hoſtes, ac fortunam fremere. Pelli potes, capi, cædi, perimi, vinci autem niſi manum extuleris non potes, neque ornamentis tuis ſpoliari, cum quibus quocunq; ieris, & ciues & patriæ principium vnus eris. D. Exulatum pergo. R. Perge alacer. Iſecurus, neſcis quam longa ſint brachia tui regis. Nihil illi longe eſt. Vbique te proteget, qui protexit in patria.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Hercules* interrogatus, Argiuusne eſſet, an Thebanus? reſpondit, Non vnam curo patriam iactare: omnis Græcia mihi patria eſt. *Plutarch. lib. de exilio.*

*Democritus* dicebat peregrinationem & exilium vitæ frugalitatem docere: oſſa quippe, & thorus herbaceus, famis ac laboris ſunt medelæ dulciſſimæ. *Stob ſer. 28.*

*Idem* quamlibet terram homini ſapienti dicebat eſſe peruiam: quum fortis animæ mundus vniuerſus patria ſit. *Eodem ſermon.*

*Demaratus* ad eum qui apud Regem Perſarum paraſitum agebat, ac ſubinde in Demarati exilium dicteriis ludebat: Non, inquit, amice tecum pugnaturus ſum, nam vitæ aciem abſumpſi. Ludens ex ambiguitate vocis. τάξις enim Græce tum ordinem ſonat: tum aciem. Nullus autem ad pugnam inſtructus eſt, cui nulla ſupereſt acies: & ordinem vitæ aſſumpſit qui ex rege factus eſt exul. *Plut. in Lacon.*

*Eudamidas.* cum Alexander in Olympiis præconio ius feciſſet omnibus exulibus, in ſuam cuique patriam redeundi præterquam Thebanis: In fortunatum quidem, inquit Eudamidas, præconium, ſed vobis, ô Thebani, glorioſum. Solos enim vos metuit Alexander. Ad conſolandos Thebanos ſic interpretatus eſt vir animi ſolertis. Etenim qui permittit exulibus reditum in ſuam patriam, non metuit ne moliantur vindictam. A Thebanis igitur ſolis metuebat. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Cato* cum impetrata eſſet reſtitutio Achæorum exulum, Polybius & hoc à ſenatu petit, vt reſtitutis apud ſuos priſtini honores ac magiſtratus redderentur Hic Cato rogatus ſententiam dixit, Polybius idem facere videtur quod fecit Vlyſſes, qui Cyclopis ſpeluncam repetere voluit, quo pileum & cingulum quæ illic per obliuionem reliquerat, reciperet. Significans, abunde multum eſſe, quod exulibus datus eſſet in patriam reditus: eſſeque periculum, ne dum priſtinos honores repetunt, etiam à reditu excludantur. *Eraſ. Rot. lib. 5. apoph.*

*Diogenes.* Quidam offenſus libertate Diogenis dixit illi. Quoniam iſtis eras moribus, patria te eiecit Sane, inquit, quod me, vt Semele Bacchum, ferre non poſſet. Sentiens, ſe maiorem eſſe, quam vt à malis ferri poſſet, à quibus tamen non tam ſuo, quam ipſorum malo pulſus eſſet. *Plut. in apoph.*

*Stratonicus Muſicus* Seriphi agens, hoſpitem ſuum percontatus eſt, ob quam cauſam illic homines iuberentur vertere ſolum? cum ille reſpondiſſet, flagitioſos apud Seriphios exilio mulctari: Quin tu quoque, inquit, aliquid flagitii committis, vt ex his locorum anguſtiis emi-

ſtiis emigres? Notans regionem eſſe incommodam, & oppidum frigidum. *Eraſ. l. 6. apoph. ex Plut.*

*Ariſtides* ab amico quodam rogatus, quam ob cauſam exilium ei tam moleſtum fuiſſet? reſpondit, propter ignominiam patriæ, à qua iniuſte in exilium miſſus eſſet, quæ ob eam iniuſtitiam vbique male & ab omnibus audiret. *Stob. ex Sermo. ſer. 37.*

*Anaxagoras* ab Athenienſibus damnatus exilio, & cuidam dicenti, priuatus es Athenienſibus. Imo illi, inquit, me. Sentiens, Athenienſibus magis opus eſſe Anaxagorâ, quam contra. *Laert. lib. 2. cap. 3.*

*Stilpo* cuidam noxium eſſe exilium affirmanti, reſpondiſſe fertur. Quibus tandem & qualibus bonis priuat exilium, animi ne an corporis, an fortunæ? An iudicandi agendique dexteritatem aut felicitatem aufert? haud ſane. An fortitudine, iuſtitia, aut alia quapiam virtute priuat? Ne id quidem. Sed nec vllo fraudat corporis bono. An non æque licet in aliena terra bene valere, viribus pollere, acutum cernere, & audire acute, interdum vero multo magis, quam ſi in ſua terra quis maneat, fortunæ vero bonis exilium neminem exuit. An non viſum eſt multos, tum demum cum exules ſunt facti, potitos fortunæ bonis ſplendidioribus? vt Phœnix, Themiſtocles, &c. *Stob. ſer. 38.*

*Diogenes* cuidam per conuitium dicenti, Sinopenſes te exilio damnarunt: At ego, inquit, illos manſione, ſignificans, ſe quod ſolum vertere iuberetur, nihilo infeliciorem eſſe his qui in patria manerent, nec exilium æquo animo pati poſſent. Tam enim miſerum eſt manere coactum, quam exulare coactum: Philoſophus, cui quævis terra patria eſt, ſi iubeatur ire exulatum, vnius tantum ciuitatis exul eſt. At qui nuſquam poteſt viuere niſi in patria, plurimarum regionum exul eſt. Hoc ita refert Plutarchus in libello de Exilio: Te Sinopenſes Ponto exulem eſſe iuſſerunt: at ego, inquit, illos hac damno pœna, vt in Ponto extremiſque Euxini littoribus incluſi perpetuo maneant. Diogenes mutarat patriam, ſed melius: exulabant potius, qui infelici regioni erant adſcripti. *Laert. l. 6.*

*Idem* cuidam illi probro obiicienti, quod exularet à patria: Miſer, inquit, iſtius rei cauſa philoſophatus ſum. Siue quod exilium compuliſſet Diogenem ad philoſophandum: ſiue quod ideo didiciſſet philoſophiam, vt exilium ſimileſque caſus æquo animo perpeti poſſet. *Lart. l. 6.*

*Demetrius Phalereus* cum exularet, ac apud Thebanos inglorius humiliſque viueret, audiſſetque Craterem philoſophum. qui ipſum inuiſeret, multa placide prudenterque de ferendo exilio diſputantem. Male, inquit, ſit negotiis & occupationibus per quas hactenus talem virum cognoſcere non licuit. *Laert. l. 5. c. 5.*

*Alexandridas* cuidam exilium acerbe ferenti, reſpondiſſe dicitur, Ne horreſcas exulare ciuitate. A iuſtitia enim exulare miſerum eſt. Quo reſponſo ſenſit, eos nequaquam miſeros eſſe, qui præter meritum, vel peculiares quaſdam animi dotes, ab imperitis in exilium mittuntur, quibus innocentia ſemper conſolatrix aſſiſtit. *Plut. in Lacon.*

*Themiſtocles* quum pulſus primum Athenis, & mox tota Græcia, veniſſet ad Perſarum regem, ditiſſimus ab eo factus eſt. Porro, Magnifica dona quibus à rege honoratus erat, intuens, dixit, O pueri! perieramus, niſi periiſſemus. Perire autem videtur, qui cogitur exulare: at Themiſtocli feliciter ceſſerat exilium. *Plut in apoph.*

*Teucer* rediens ex Troiana expeditione, quum ob Aiacis fratris mortem Telamoni patri eſſet inuiſus, atque ab eo exilio multaretur, ad ſocios conuerſus, ait: Patria eſt, vbicunque bene eſt. *Cicer. in Tuſc. quaſt.*

*Rutilius*, conſolanti eum cuidam, ac dicenti, inſtare bella ciuilia, & ob id breui futurum vt omnes exules reuerterentur: Quid tibi, inquit, male feci, vt mihi peiorem reditum quam exitum optares? Malo vt patria exilio meo erubeſcat, quam reditu intereat. *Seneca de benef. l. 6. c. 37.*

¶ SIMILITVDO.

*Muſonij*, quemadmodum ſi quis in patria agens, aliam tamen domum in habitans, non eam in qua natus erat, ſeſe maceraret, & ob eam rem lugeret, nihili homo & ridiculus eſſet: Pari ratione, is qui inhabitans aliam ciuitatem quam in qua natus eſt, calamitatem putat, talis merito ſtultus haberi queat & vecors, in libro in quo tractat, Exilium non eſſe malum. *Stob. meminit ſer. 38.*

*Plutarchi*, è corporis morbo quidam hoc exceperunt commodi, quod vacant negotiis, quibus diſtringebantur, & quoſdam labores obiecti reddidere validos: Sic quibuſdam exilium, paupertas, naufragium: occaſio fuit philoſophandi. *in mor.*

¶ ADAGIA.

Seruabis bouem, βυκολήσεις. *Plut.*
*Hoc velut ænigmate ſignificabant exilium.*
Teſtaceum flagellum κεραμεικὴ μάστιξ.
*De rebus ſubito transmutatis ſiue de exilio repentino. Conueniet cum oſtraciſmo, de quo vide adagium Teſtulæ transmutatio.*
Terram pro terra, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι,
*In hominem exulem erroneum, & incertis vagantem ſedibus. Luci.*

¶ BIBLICA EXE[…]

Exulum exempla: Adam & Eua, *Gen* […] ham. 12. 1. Dauid, 2. *Sam.* 15. *v.* 13. 14. 16. Elias, 1. […] 2. *Reg.* 17. *v.* 5. 6. Oſeæ 9. *v.* 3. 4. Ioſeph, Maria & Chriſtus, […] Vnde verſus.

*Exul erat Chriſtus, comites nos exulis huius*
*Eſſe decet, cuius nos quoq; membra ſumus.*

Paulus & Barnabas, *Act.* 13. *v.* 50. 51. Aquila, Priſcilla […] dæi, *Act.* 18. *v.* 1. 20. Pii in hoc mundo peregrinantes, […] 11. *v.* 1. 14.

¶ HISTORICA EXEMPL[A]

*Vt Cicero* ſcribit, pro *Cæcinna*, exilium non ſuppli[…] *manis*: ſed perfugium portuſque ſupplicii, nam qui vo[…] nam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, ſolum ve[…] eſt; ſedem & locum mutabant. *Hotom. de verbis Iuris.*

Exilii apud *Rom.* triplex genus erat, auctore *Martian*[…] omnium locorum interdicebatur acceſſus, præter vnum […] ſulam deportabatur: aut, ſicut *Claudius* Cæſar quoſdam […] dicitur, vltra tertium lapidem ab vrbe egredi vetabat[…] *Claudius Cæſar* legem ſanxit: vt hi, quibus prouincia […] eſſet, vrbe quoque ſummouerentur. *Alex. l. 3. c. 20.*

In *Seripho* Inſula, & apud nonnullas circa Caucaſum […] criminibus maximis nullum morte affici, ſed exilio m[…] que & agro exterminari, legimus. *Alex. l. 3. c. 5.*

# Exorciſmus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLO[GIA]

EXORCISMVS, Græca dictio eſt, ἐξορκισμός, […] ro dicitur. Summus ſacerdos adiurans Chriſtum […] ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, Adiuro te per D[…] tem. Eſt autem adiurato contra Diabolum, & habetur […] *ſtin. 4 c. Ante decem dies. De hac materia vide ſupra* […] *& in adiuratione arbore.*

¶ BIBLICI LOCI.

Exorciſtæ vacabantur, qui Dæmones eiiciebant, […] nomen obteſtatione, quam vulgo Coniurationem […] *adiurare.*

Exorciſtæ tempore Pauli, *Act.* 19. 13.

# Expectatio.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG[IA]

EXPECTATIO, Græce ὑπομονή, ῆς, ἡ, & […] tur. Hebr. *Tikuah* à verbo *Kauah*, expectauit […] præſtolatus eſt. Hinc Græcis […], incumbo […] ro. Eſt autem expectatio motus ſpei propter cog[…] dentem reſpectu auxilii alieni. *ſec. B. Tom. prima Secund*[…] *art. 4.*

Dicitur autem expecto à verbo ſpecio, quo non vt[…] compoſitione: licet antiqui etiam in ſimplici vterentur […] vnde augures ſpecere, hoc eſt, inſpicere aues dicebant […] nem auium pro inſpectione & contemplatione. *Ennius* […] *poſtquam ſpexit Et veſtiſpici cuſtodes veſtium ſerui*: quod […] ti diligentia veſtes inſpiciebant, *Plautus: Tum famula* […] *ſpici, iunctor, auricuſtos.* Et quoniam cum aliquem p[…] veniat, frequenter aſpicere ſolemus, ideo expecto ſum[…] ſtolor. Aliquando pro moram traho. *Virg. Tyrii Carth*[…] *nunc expectat.* Nonnunquam deſidero. Idem: Expectat […] de expectatio, quod modo præſtolationem, moram, […] tium ſignificat.

¶ POETARVM DICTA.

Homerus in β Iliad.

αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι,
*Turpe certe diu expectare vacuumq; redire.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM

De hæreditatis expectatione. DIAL. […]

*Franciſci Petrarchæ.*

GAV.

Hæreditatem orbi ſenis expecto. R. Modo te […]

ne contrarius ſis attende, nunquam expe-
cohabitant, vix nullum vitæ tædium expe-
AV. Expecto ſenis hæreditatem. R. Neſcis
ir, eſt ea quidem inter homines vulgaris in-
non coæuis tantum; ſed iunioribus quoque
ſe victuros ſperent. Inuiti ſua de morte cogitant mortales, aliena autem libenter, cum tamen contrarium agere eſſet vtilius. G. Senis hæreditatem ſpero. R. Quid ſi ille interim tuam ſperat? alterutrum eſt neceſſe. Quot autem ſenes inuenias mortem iuuenum expectantes? Et ſane nemo tam ſenex, qui non poſſit annum viuere. Nemo tam iuuenis qui non poſſit hodie mori. G. Hæreditatem orbi ſenis ſpero. R. Iuſtius hanc ſperabat filius, Iuniorem ſæpe ſpes eluſit. G. Hæreditas orbi ſenis ad me venit. R. Qui ſcis, an illud tua? Caio Claudius, Neroni Galba, Domitiano Nerua, Commodo Pertinax ſucceſſit, & ſucceſſionum talium plena eſt hominum vita. G. Orbi ſenis hæreditas me manet. R. Quem non fallere volens qui quem noluit fefellit? cui ſuperuiuere nequeat, illo ſuperuixit? G. Orbi [illegible] ſenis elogio ſcriptus hæres ſum. In tabellis forſan adaman[illegible]is vnde non facile delearis? An neſcis quam leuibus cauſis teſtamenta mutent ſenes? Multis in vitæ exitu, quod per omnem vitam voluere diſplicuit. G. Hæredem me vult orbus ſenex. R. Poteſt nolle. Nihil eſt autem indignius orbo ſene ac diuite, vbi ſua diligi ſeque ſperni ſenſerit, amet. G. Hæreditas orbi ſenis promiſſa eſt. R. Ea vtinam innocentia atque ei mortalibus fides eſſet, vt & nunquam niſi honeſta promitterent, & ſemper promiſſa ſeruarent. Nunc nec promittendi modus, nec promiſſa fallendi pudor vllus, quod in hæreditate captanda licere ſibi homines putant. Itaque voluntatem teſtatoris ambulatoriam vocant. non te exemplis premam; nota res eſt. Multi (credo) quibus hoc accidit, non ſolum vt viuentis promitteretur hæreditas, ſed ſupremo etiam morientis amplexu, & oſculo atque aureis donarentur, quod apud illos in dubiæ ſucceſſionis indicium erat, cum interim & hæredes alii, & eorum mentio nulla eſſet in tabulis teſtamenti, tantum media de morte fallaſi eſt; te ne igitur viuorum fraudibus immunem reris? In hiſmonentium circumuentos legas ſummos etiam & illuſtres. Nam (ne ſingulis immorer) genus hoc ludibrii paſſus Lucullus vir ampliſſimus (quodque eſt altius) Auguſtus eſt. Horrenda longeque mirabilis libido fallendi, quæ nefarias ... in morte deſtituat, ſed ſic eſt mos & tu promiſſa in hæ... ſpem defigis, quam fruſtrari poſſit & vita longior teſtantis ... fides, quanquam his ceſſantibus mutandi cauſa propoſita eſſe iuſtiſſima ſuus hæres, noua ſeni oriens progenies. Sic octogenario maior Cato filium genuit: nonagenario iam Maſiniſſa. Idque hac etiam nunc ætate noſtris ſenibus eueniret, vtinam priſcis illis vt gignendi vi, ſic vigore animi pares eſſent. Quæ cum ita ſint, hæres certe legitimus captatori obſtat, atq; ... ſpem præcedit. G. Iam teſtamento ſenis hæres ſum. R. ... forſitan & victuri. Teſtamenta autem in vita fiunt, in ... firmantur, funus & cadauer cogitas. Lupus quidem expectando laſſandus & inedia. G. Hæreditas ad me recto calle ventura. R. Quid quod vt teſtator, ſic hæreditas caſibus ſubiacet, vt neque per quem velis habeas hæredem, & ſæpe nil aliud quam inane ... ſit hæreditatis: quid quod interim vaſto precio parua re e... dum ſenem, & indignæ viro blandiciæ promerentur. Nulla ... vtilitas, quæ decoris impendio æſtimanda ſit. G. Nullo le... fortunæ obice hæreditas ad me venit. R. Vnde & noſti? ... ſcitum illud Marci Catonis ſapientiſſimi ſenis dictum. Sæpe, ... audiui inter os atq; offam multum interuenire poſſe. Eſto ... nihil interueniat, ſed ad te ſe parata perueniat hæreditas: non ... tecum ſed à te rurſus ad alios migrabit. Volubilia ſunt bona mortalium, rotundam nummi præcipue formam dicunt, vt perpetuo ... motu. Quæſiuiſti hæreditatem ſucceſſori tuo mœ... gauiſuro, ſolicitus ocioſo, & ſperaſti de alio propter ... alii de te ſperent.

De expectatione meliorum temporum. DIAL. CXV.

GAV.

Spero tempora meliora. R. Omnia fere tempora æque bona ſunt, ... creator temporum vſque bonus eſt ſemper. Sed vos temporibus, male ſemper vtimini, in hoc, vt in aliis culpas veſtras re... ſcribitis. Fac vt homines boni ſint, & tempora bona erunt. G. Tempora hæc ſtare nequeunt, lætiora ſuccedent. R. Nullum tempus ſtat, cuncta prætereunt, cumque tranſierint, nec redeunt virtute, industria, bonarumque artium ſtudiis frenari poſſunt, non ... fugiant, ſed ne pereant, nihil eſt autem dulcius bene impenſi temporis memoria. Sed vos nulla re vti ſcientes, vt oportet, vbi omnem vitam, vel in ſomnum, ac deſidiam, vel in ſolitudinem, atque ... peſſimos effudiſtis, tempus innoxium accuſatis. Nunquid menſem infantiam, ac pueritiam in vanos ludos, adoleſcentiam ac iuuentam in libidinem atque auaritiam, ſenectam & ſenium in querelas ac lamenta conſumitis? Quænam hæc temporum culpa eſt? ... illa fateor, hæc natura eſt. Vos illa (dum datur) occupare negligitis; non eſt natura iſta, ſed culpa. Vos autem culpatis, culpam excuſatis, res non noua. G. Spero lætiora tempora. R. Lætitia ſeu triſtitia temporum (vt dixi) non in temporibus, ſed in vobis eſt. Eo autem, quo intelligas non modo lætiora tibi ſperanda eſſe, ſed triſtiora perpendes, ſi ad ætatem ipſe tuam reſpicis, quæ indies triſtior (vt à poeta deſcribitur) & pleriſque in ſenibus inuenitur, & ſane ſi oculos in terga reflexeris & numerare, atque æſtimare annos tuos cœperis, ſimul incipies deſperare quod ſperas. Non eſt cur mutari curſum rerum ſperes. non meliora inſtant tempora, vereor potius ne peiora, cur quæſo? niſi quia peiores erunt homines, quod & magni diuinarunt viri, & apertis indiciis res declarat, niſi vos mortales bonæ ſemper ſpei magnum aliquid de veſtra nobili ac modeſta iuuentute concipitis, à qua ego quidem opinione longe abſum, nihil enim boni penitus mens præſagit, ſic in vitium, ac ruinam prona ſunt omnia. G. Mala ſunt tempora, meliora venient. R. Omnem ætatem de moribus ſuis quæſtam inquit Seneca. Addo ego omnem habuiſſe quod quereretur, habituramque omnem cunctis ſeculis quod queratur. G. Spero lætiora. R. Vna eſt ad hoc via, qua lætiora ſi habeas, non expectes. Fac ipſe tibi lætiorem animum, quod ſine virtute fieri nequit, vbi hoc feceris, læta erunt omnia, triſte nihil. G. Meliora tempora expecto. R. Vt veniant quod eſt dubium, certe illis venientibus tu recedis. Quanto eſt tutius rite vti præſentibus quam anxie expectare, quæ vel forte non veniant, vel minime ſis viſurus.

De filii vel amici expectatione. DIAL. CXIV.

GAV.

Spero filii reditum. R. Speras gaudium ſolicitum & propinquum metum. G. Spero amicum reuidere. R. Rem prædulcem ſperas ſed fallacem, fragili res hominum ſtatu tremunt, forſitan quem expectas iam nunc obiit: potes hoc probaſſe ſi vixiſti. Impedimentorum mille ſunt genera. Vnum gommune omnibus mors. G. Amici conſpectum exoptatum ſpero. R. Sunt hæc fere coniuncta optare, & ſperare, ſed multi aſſidue caſibus diſiunguntur, quam multos credimus fuiſſe Romæ, quam cupidis animis Marci Marcelli, huius vltimi reditum expectantes? Contra autem viæ medio hoſtis illum crudeliſſimus expectabat, cuius potentior fuit immanitas, quam victoris clementia aduerſarium ab exilio reuocantis. Potuit igitur Cæſar precibus ſenatus Marcello veniam dare, Non potuit Marcelli cliens [illegible] pati, vt is Cæſaris beneficio vteretur. G. Spero amicum & expecto hoſte quolibet carentem. R. Quis eſt his hominum hoſte carens? vt ſit aliquis priuatorum expers, an publicis inimicitiis quiſquam vacat? ſicariorum dico & prædonum, qui auaritia duce bellum humano generi indixere. Finge aliquod tam benignum ſydus, vt hæc peſtis terris exulet, alios quis arcebit vehiculorum & equorum lapſus, fluuiorum ac torrentium inſultus & ruinas pontium ac tectorum, æquoreaſque & aereas tempeſtates? Adde ferocium incurſus animalium, quibus non ſingulos tantum homines Dicearchus curioſiſſimus indagator rerum talium, ſed quædam hominum genera docet occubuiſſe. Et ad ſummam quot ſunt caſus humanarum rerum, quorum nullus eſt numerus, tot ſunt hominum hoſtes, qui ſpem tuam (non dicam) retardare poſſint, ſed extinguere, vt nihil interueniat Mors quam dixi & euntibus & ſtantibus vbique contigua eſt, niſi itinerantibus eo fortaſſe vicinior, & quo iter, & vectatio, & locorum commutatio pluribus videtur expoſita. G. Spero amicum proſpeɾo exacto negocio reuerſurum. G. Quam glorioſe, quam proſperè res geſſerat Druſus Nero diui Auguſti priuignus, vt omnibus etiam hoſtibus domitis carus eſſet, ita vt eum paulo minus adorarent, quorum mirificos affectus erga illius memoriam, vſque ad hæc tempora, ſi vnquam Germanorum inter proceres fuiſti, te ſentire arbitror potuiſſe. Certe illa geſſerat quibus vere gloriaretur, quod Romanis in ſaxis, primis aliquot ſyllabis caſu aliquo deiectis, nunc etiam ſculptum viget his verſiculis, Ad diuortia Rheni peruaſi hoſtiles depopulatus agros. Dum tibi Roma decus æternaque ludo trophæa, Hiſter pacatis lenior ibit aquis. Talem hunc iuuenem qualiter expectabat mundi Dominus Auguſtus, qui eum ſibi filium fecerat amando, qualiter Liuia Auguſta, cui natura illum carum fecerat, cariorem virtus, cariſſimum reor fratris ignauia, qualiter deinde frater ipſe, qualiscunque erga alios; tanti certe fratris amantiſſimus, ad poſtremum qualiter Roma ipſa, atque vniuerſa Reſpub. quæ de nullo tunc hominum, ſic pendebat. Quid ergo? Quis tam multiplicis ſpei finis? expectatum Druſum, inexpectata mors abſtulit, morbo quod conſtat raptus, & quod magni ſunt authores ex fractura cruris equo ſuperlabente ſuſcepta, qui viuus victor reuerſus ſperabatur in patriam, exanimis eſt reuectus. Quid filium huius loquor Germanicum? Nullius credo vnquam hominis expectatio maior fuit. Non hunc pater, non Auguſtus, ambo iam defuncti, ſed Roma omnis expectabat tanto deſiderio, quaſi totius vrbis vnus animus, iſque, & viduæ, & non niſi vnicum habentis filium matris eſſet. Itaque ad primum ægritudinis ſuæ nuncium attonita penitus ac deiecta ciuitas, vultuſque omnium, atque habitus mutati, & mœſtum tota vrbe ſilentium fuit. Vbi autem lætior fama incertis licet authoribus ſuperuenit, conualuiſſe illum, & viuere, ſubitus clamor,

atque feliciſſimus vndiq; ſublatus ipſum quoq; Tiberium excitauit, concurſusque in Capitolium ingens factus, & pene conuulſæ templorum fores ad perſoluenda vota, agendasq; diis gratias nocte luminibus, fractoque vocibus ſilentio gratulando canentium, ſalua Roma, ſalua patria, ſaluus eſt Germanicus. Quis verò tandem rei exitus? Is nempe qui humanis in rebus eſt creberrimus. Venit nuncius certior obiiſſe Germanicum, hinc publicus dolor, ac gemitus non edictis, aut diebus feſtis, aut illis omnino conſolationibus coerceri quiuit. Nota eſt hiſtoria libro Cæſarum 4. G. Spero iuuenem filium reuerſurum. R. An hi parum iuuenes de quibus dixi? accipe iuniorem, Marcellus eiuſdem diui Auguſti nepos ex ſorore, quantum putas expectaretur ab auunculo, qui eum ſic dilexit, vt Vergilianum illud carmen nobiliſſimum, quo ſummus vates adoleſcentis illius pene pueri memoriam honeſtauit, ſine lachrymis audire non poſſet, & actori ſilentium imperaret? Quomodo mater Octauia, quæ illum ſic amauit, vt vſq; ad vltimum vitæ ſuæ finem, quaſi tunc extinctum continuè deploraret, omnemque conſolationem, non tantum contemneret, ſed odiſſet? Quid hæc autem. & quid putas? niſi quod cæteri, non rediit, ſed relatus eſt, & Druſum quidem non qualem acceperat Germania Romæ, Antiochia Germanicum, Marcellum Baiana reſtituit, veſtrarum expectationum ſors communis, tu tibi nunc aliam fingis, & fors veniet quem expectas qui cum venerit fortaſſis, vt abeat, & ſperare incipies & optare. G. Amici abſentis aduentum ſpero. R. Quis miretur expectari viuos, cum mortui expectentur, vt perhibent? quod niſi inter fatuos veri faciem non habet Arthurum Britones expectare fama eſt. Neronem principem mundi ſub fine rediturum quidam ſomniant. Vita veſtra ab initio ad extremum non modo imis expectationibus plena, ſed ipſa expectatio vana. Id ſic eſſe ſi non vides aut modicum vixiſti, aut nimium, quid hic agitur neglexiſti. G. Expecto villicum rure venturum. R. Aut domus arſerit, aut meſſis euanuerit, aut pratum exaruerit, aut vites grando percuſſerit, arbores turbo conuulſerit, arua torrentibus inundarint, aut apes auolauerint, locuſtæ ſatis inſultauerint, columbos corui & mures, pullos vulpecula, agnos lupus inuaſerit. Hi ferè ruſtici ſunt rumores. G. Vxoris aduentum ſpero. R. Si hoc ſperas, quid iam metuas ignoro. Sic eſt tamen. Sunt & qui expectent coniugem, & qui febrem.

# Experientia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

EXPERIENTIA, Græcè πεῖρα, ας, ἡ, πειράομαι, experior dicitur. ἐμπειρία, item & ἀπορία. Hebr. *Cheker*, à verbo *Chakar*. id eſt rem exactè ſeruatus eſt, perquiſiuit funditus. Gallicè *Cercher*. Experimentum autem ſiue experientia nihil aliud eſſe videtur, niſi accipere aliquid ex multis in memoria retentis, cum aliqua ratiocinatione in particularibus. *ſecund. B. Thom. ſup. lib. Poſteriorum.* 2. *col.* 2. *l. fin.*

Experientia eſt cognitio ſingularium. Ars verò vniuerſalium. *ſecund. Ariſt. lib.* 1. *Metaph.*

Experientia venit ab experior, Experiorque venit à perio verbo. quo vtebantur antiqui pro aperio, doceo: vnde peritos dicimus doctos, expertos. Sicuti econuerſo, Imperitos, indoctos, atque inexpertos, vnde peritia & imperitia deriuantur, ab eo verbo actiuo perio, fit compoſitum, quod eſt in vſu, experior, vnde experti, periti: & experientia, vſus, doctrina. Expertes autem dicuntur ignari, rudes, nullam rerum experientiam habentes. Item expertes, qui non ſentiunt: vt expertes doloris, qui dolorem non ſentiunt, vt expers mortis, qui non moritur. Expers humanitatis, qui nihil habet humani. Sunt tamen qui velint expertem non ab experior venire, ſed ab ex & pars, quaſi extra partem. Venit autem à perio, vnde dicitur experior, à pario, paris.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Experientia laudabilis.*

Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. *Eccleſ.* 34.

## ¶ SENTENTIAE POETARVM.

Terent. Adelph.

*Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,*
*Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui,*
*Aliquid moneat, vt illa, quæ te ſcire credas, neſcias:*
*Et quæ tibi putaras prima, in experiundo repudies.*

Ouid. 6. Met.

*Seris venit vſus ab annis.*

Manil. 1.

*Poſtquam omnis cœli ſpecies redeuntibus aſtris*
*Percepta in proprias ſedes, & reddita certis*
*Fatorum ordinibus ſua cuique potentia formæ,*
*Per varios vſus artem experientia fecit,*
*Exemplo monſtrante viam.*

Ouid. 1. Art.

*Scit bene venator ceruis vbi retia tendat,*
*Scit bene qua frendens valle moretur aper.*
*Aucupibus noti frutices: qui ſuſtinet hamos,*
*Nouit quæ multo piſce natentur aquæ.*

Propert. 3. 11.

*Venturam melius præſagit nauita mortem:*
*Vulneribus didicit miles habere metum.*

Ouid. 2. Pont. 3.

*Da veniam, quæſo, nimioq; ignoſce timori,*
*Tranquillas etiam naufragus horret aquas.*
*Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,*
*Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.*
*Sæpe canem viſum longe fugit agna, lupumq;*
*Credit, & ipſa ſuam neſcia vitat opem.*
*Membra reformidant mollem quoque ſaucia lectum,*
*Vnaq; ſollicitis incitat vmbra metum.*
*Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,*
*Pectore concipio nil niſi triſte meo.*

Menander.

Ἐμπειρία γὰρ τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.
*Experientia enim inexperientiæ imperat.*

## ¶ PHILOSOPHORVM PLACITA.

Ex ipſa experientia proficiſcuntur omnis artis & ſcientiæ principia: Artis quidem, ſi ad eas res pertineant, quæ oriuntur [illegible] dunt: Scientiæ autem, ſi ad ea, quæ eadem ſemper [illegible] tione permanent. *lib.* 2. *Demonſt. c.* 18. *T.* 27.

Multæ eiuſdem rei recordationes, vſus experientia [illegible] perficiunt: videturq; ſcientiæ atq; artis ſimilis vſus & [illegible] Verum vſu atq; exercitatione hominibus ars & ſcientia [illegible] tur. Vſus enim artem, vt rectè Polus ait, genuit: [illegible] fortunam imperitia. *lib.* 1. *Metaphyſ. c.* 1.

Experientia quidem vſusq; rerum nihil ab arte differ[illegible] ad agendum refertur: quin etiam multo magis ac [illegible] aduertimus, qui vſu valent, quam eos qui ſine vſu, [illegible] præditi ſunt, id quod volunt, conſequi: propterea quod [illegible] & vſus rerum ſingularum cognitio eſt: ars vniuerſarum [illegible] verò & effectus omnes in rebus ſingulis verſantur. *ibid.*

Ars omnis in ortu verſatur, idque vnum agit & ſpectat [illegible] modum efficiatur quicque eorum, quæ & eſſe, & non eſſe [illegible] quorumque principium ſitum eſt in eo qui facit, non [illegible] efficitur. *l.* 6. *Ethic.* 4.

Ars non tractat ea, quæ ſtant, vel eueniunt neceſſario [illegible] quę à natura ortum habent, verſatur. *ibid.*

Ars eſt habitus ad faciendum aliquid, vera cum ratione [illegible] Inſcitia contrà, habitus cum ratione falſa faciendi quippe [illegible] aliter euenire poteſt. *ibid.*

Neceſſe eſt arti effectionem ſubiectam eſſe, non actionem [illegible] *Ethic. c.* 4. & *l.* 1. *Magn. Moral. c.* 33.

Qui in arte voluntate ſua aberrarit, præſtantior eſt: [illegible] minus. *l.* 6. *Ethic. c.* 5.

Ex iis quæ ratione & artificio fiunt, quædam ſunt, in [illegible] ſus nullum habere locum poteſt, ſed ad finem aliquem [illegible] tinent, Alia ſunt, in quibus etiam fortuna interdum [illegible] lis eſt valetudo & ſalus cuiuſpiam. *libro* 2. *de Demonſtra[illegible]* *T.* 12.

Quæ artis ſunt, qua ex parte artis ſunt, nullum mutat[illegible] cipium inſitum habent. *l.* 2. *de Natu. c.* 1. *T.* 2.

Ars tum exiſtit, & comparatur, cum ex multis experienti[illegible] nibus vna quæ ad vniuerſum genus accommodetur, de [illegible] libus naſcitur perceptio. *Metaphyſ. l.* 1. *Maior. c.* 1.

Scientiam & intelligentiam in arte potius ineſſe, quam [illegible] experientia cenſemus: ſapientioresq; eos qui arte præditi [illegible] qui vſu artis valent, iudicamus: quod ſapientia pro ſcientia [illegible] gnitione magis omnes ſequatur. *ibid.*

Neceſſe eſt vnamquamque arte, quodammodo eſſentiam [illegible] re, & hoc pro principio vti. *l.* 10. *Metaph. c.* 6.

Ars omnis & doctrina, ab anticipata & informata vel [illegible] aut certè quorundam notione gignitur, idque aut demonſtrationibus [illegible] aut definitionibus. *Metaph. l.* 1. *Maior. c.* 7. *T.* 48.

Hæc duo in artibus & diſciplinis obtineri debent, finis & [illegible] finem pertinent actiones. *l.* 7. *de Repub. c.* 13.

Ea ars principatum omnium obtinet, adminiſtratque [illegible] tur, cuius cauſa quicque agendum: quo in genere eſt bonum [illegible] que, ſed omnino id quod omni natura eſt optimum. *lib.* [illegible] *Metaph. c.* 2.

Nulli arti quaſi materia quam tractet, & in qua verſetur [illegible] eſt voluptas: cum interim omne ſit artis opus in bonis. [illegible] *cap.* 11.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…am, quæ per ſe cognitioniſque cauſa expetenda eſt, di… ſapientiæ nomine iudicamus. ea quæ ad vtilitatem a… dirigitur, & eam, quæ præeſt, principatumq́; obtinet, …itra eſt. *lib.1. Maior. Metaph. c.2.*

¶ Apophthegmata.

…idas audito philoſopho, qui diſſeruerat, ſolum ſapientem …m belli ducem: Sermo, inquit, mirificus eſt, at qui eum …de caret, eo quod illum nunquam circumſonuit tuba. Pro… …ſententiam: ſed iudicauit neminem cum fide loqui de re …nullo modo ſit expertus. *Plut. in Lac.*

…ades rogatus, quo præceptore eſſet vſus? Tribunali, reſpon… …heinenſium. Inſinuans, quod in ipſis negotiis experientia …inſtitutione ſophiſtarum melior ſit. *Stob. ſerm. 27.*

…interrogatus, Quem è ſuæ ætatis ducibus præſtantiſ… …indicaret? reſpondit, Pyrrhum ſi ſeneſceret. Non pronun… …optimum: ſed optimum fore, ſi rerum experientiam ætas …geret. *Plut. in vita Pyrrhi.*

…interrogatus, Quidnam ſapientius eſſet præ cæteris? Ex… …ia dixit. *Stob. ſerm. 27.*

*Paulus Æmylius*, Quum per loca prærupta irrupiſſet in Mace… …, vidiſſetque inſtructam hoſtium aciem, exhortante Naſica, … inuaderet hoſtem: Facerem, inquit, ſi tuæ eſſem ætatis: … multarum rerum experientia prohibet; ne ex itinere ſtatim … inſtructa acie congrediar. *Plut. in apoph.*

¶ Similitudines.

*…philoſophi.* Quemadmodum calculorum computatio… …ibus coniunctis, totum ex ipſis reſultans demum colligi… …rebus omnib⁹ ratio ſpeculationem vniuerſalem delineat, …vero ſingularia iudicat. *Apud Stob. ſerm. 1. de Prudent.*

*…* Ex omni genere curioſitas hominum ſigna collegit … tempeſtatis: Ac multò magis conueniebat hac vti dili… …in conſultationibus vt obſeruatis experimentis conijciant, …malorum ex vnoquoque perperam inſtituto conſequatur. *In …*

¶ Adagia.

…at aſinus. Βασιλεὺς ἢ ὄνος.

*Hoc eſt: Aut victor aut victus.* Biſchoff oder Bader.

In Care periculum. ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον.

*…facito. Hoc eſt: In homine ac in re viliori fac periculo… experientiam.*

In dolio ſingularem artẽ diſcere. ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν.

*De ijs, qui protinus maximis in rebus artificij capiunt experi…tiam, cum paulatim à minutis ad ſumma proficiſci conueniat.*

In arenam deſcendere.

*Hoc eſt: Certamen inire.*

Quanta mus ad Piſam. ἔστα μῦς ἐν Πίσσῃ.

*…tulit. De ijs, qui vincunt, & optatis potiuntur, ſed non … ſummo negotio, neque citra magnum incommodum ſuum.*

Omnem mouere lapidem. πάντα λίθον κινεῖν. *Baſil.*

*Hoc eſt: Omnia experiri, nihilq́; intactum relinquere.*

Pedem conferre.

*Vſurpatur: vbi propius acceditur ad rem.*

Omnem rudentem mouere. πάντα κάλων σείειν.

*De extremo ſummoq́; conatu peragenda re ſine negotio ſumit.*

Reſpublica virum docet. πόλις ἄνδρα διδάσκει.

*…ſificat, neminem ad rem gerendam idoneum eſſe, niſi qui ſit …exercitatus. Plut.* Der Marckt lernt Kramen.

Omnem iacere aleam.

*…rem vniuerſam periclitari formaq́; arbitrio committere.*

Aut ter ſex, aut tres teſſeræ. ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι.

*…quando ſignificabimus, nos extrema periclitari velle, & aut …vincere, aut prorſus vinci.*

Velis remis permittere.

*Hoc eſt: Ancipitem negotij euentum, vtcunque cadat, experia…r.*

Deo fortunæque committo.

Ἤτοι γὰρ καὶ ἐγὼ τὰ δὲ κεν θεοῖ πάντα μελήσει. hoc eſt:

*Torſero & ipſe. Iouis fuerint hæc omnia curæ.*

*Vſurpabimus quoties fortunam experiri ſtatuerimus, euentum … committentes. Hom. Iliad. π.*

Res ad Triarios rediit.

*Hoc adagio licebit vti: cum ſignificabimus rem eò periculi reda…m eſſe, vt extremo conatu, ſummiſq́; viribus ſit enitendum & ad …rema confugiendum conſilia. Natum à ratione modoq́; compo… …di exercitus Romani. Vide Tit. Liu. Dec. 1. l. 8.* Die Kertz iſt auff … Nagel gebraucht.

Sacram ancoram ſoluere. ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζειν. *Lucianus.*

*Quoties ad extrema præſidia confugitur. Metaphora eſt à nau… Huc & illud pertinet: Ad Aſylum confugere.*

Semper tibi pendeat hamus.

*Semper experienda fortuna, & omnis tentanda occaſio.* Laß nit … kompt ſie doch. Item, Vnuerdroſſen hat es offt genoſſen.

Tanquam ad aram.

*Hoc adagio extremum refugium intelligi volumus.*

Mouebo talum à ſacra linea. κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς.

*De ijs, qui extrema parant experiri. Plut.*

Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci. ἐς Τροίην πειρώμενοι ἦλθο Ἀχαιοί.

*Docet adagium: Tentando atq; experiendo, quantumlibet etiam ardua perfici.* Es muß gewaget ſein. Item, Wagen gewinnet/wagen verleurt.

Et poſt malam ſegetem ſerendum eſt. *Senec.*

*…tebit vti, quoties res parum ex animi ſententia cecidit, & ſignificabimus non eſſe deſiſtendum à conatu.*

Poſterioribus melioribus. δευτέρων ἀμεινόνων.

*Significabant hoc adagio, ea quæ prima experientia parum bene ſucceſſerant, ſecunda nonnunquam commodius euenire. & prioris conſilij erratum poſteriore conſilio corrigi. Huc referendum & illud Euripideum: αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι. Poſteriores cogitationes ſapientiores eſſe ſolent.*

Deſtitutus ventis, remos adhibe. τοῦ πνεύματος ἁμαρτών, ἐπὶ τὰς κώπας χώρει.

*Monet adagium, ad alia præſidia fugiendum eſſe, cum res vt volumus, non ſuccedit.*

¶ Exempla Historica.

*Priſci* mortales ægrotos in propatulo collocabant: quibus quiſque, ſi quid ſalutare vel ægrotando ipſo, vel ægrotos tractãdo comperiſſet, indicaret. Atq; hac ratione artem experientia auctam putant. *Plut. de Noſce teipſum.*

Fuit *Hippocrates* diſcendæ medicinæ adeo ſtudioſus: vt eum non puduerit vel retrimenta guſtare, vt morbi materiam cognoſceret. Quod tamen alii Æſculapio, alii Aſclepiadi adſcribunt. *Cæl. 12. libro 16.*

*Auicenna* domum hoſpitalem exædificari fecit Cordubæ: in qua collegit omnium generum infirmos: vt experiretur in eis medicinæ ſuæ efficaciam. *Cranz. lib. 6. Metrop. c. 32.*

# Exprobratio.

¶ Definitio et Etymologia.

EXPROBRATIO, Græcè ὀνειδισμὸς, οῦ, ὁ, & ὀνειδίζω, exprobro dicitur. Hebr. *Cherph*, à verbo *Charaph*, exprobrauit, criminatus eſt, vituperauit. Per Metatheſin *Chaphar*, perforauit, pudefactus eſt. Nam opprobriis perforatur cor hominis, & pudefit. Eſt autem exprobratio ingeſtio improperii in faciem: ſed oblocutio, eſt occulta detrectatio. *ſecund. B. Thom. ſuper Pſal. 43. col. 3.* Dicitur autem exprobro ab ex & probrum: eſt autem probrum ſcelus, ac flagitium. Et per metaphoram pro ignominia accipitur, quæ ex ſcelere ſequi ſolet: vt, datum eſt ei probro, hoc eſt, ignominiæ aſcriptum. Hinc probroſum dicimus ignominioſum, & opprobrare ignominiæ obijcere, à quo opprobrium, pro ipſa ignominia. Item opprobrare, ignominioſum aliquid obijcere, à quo exprobratio, ipſa probri obiectio.

¶ Sententiæ Philosophicæ

Beneficia non ſunt exprobranda apud memores. *Liu. 1. Decad. lib. 6.*

Odioſum eſt genus hominum officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. *Cic. in Lælio.*

¶ Apophthegmata.

*L. Volumnius.* Appius populo exprobrabat, ſibi acceptum ferri debere, quod ex mutuo & elingui facundum haberet conſulem, de L. Volumnio collega ſentiens. Ibi L. Volumnius: Quam mallem, inquit, tu à me ſtrenuè facere, quam ego abs te ſcite loqui didiciſſem. *Eraſ. 6. apoph. Ser.*

*Ser. Galba.* C. Iulium conſummatis victoriis in foro ius dicentem, huiuſmodi dictis auſus eſt interpellare. C. Iul. Cæſar, pro Cn. Pompeio Magno quondam genere tuo in tertio eius conſulatu pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor: quid agam? num dependam? Hac voce palam illi exprobrans, quod Pompeij bona vendidiſſet, cui fuerat affinitate iunctus. Æquum autem videbatur, vt qui bona generi vendiderat, ea dependeret, quo nondum orto inter illos bello fuiſſent contracta. Cæſar hac inuidia commotus, æs alienum Pompeij è fiſco reſolui iuſſit. *Eraſmus lib. 8. apoph.*

*Licinius.* Is Cæſaris libertus ſolebat patrono, nouum aliquod opus inchoanti magnas conferre pecunias. Quem morem ſequutus Licinius, nouum opus aggreſſuro centies promiſit per libellum: in quo poſt expreſſam pecuniæ ſummam, quæ virgula ſuperducta ſignabatur, ſpacium erat vacuum. Hac occaſione Cæſar vſus priori ſummæ, quam ſcripſerat libertus, alterum centies adiecit, ſua quidem manu ſpatio quod vacabat diligenter expleto, ſed affectata literarum ſimilitudine. Itaque duplum accepit pecuniæ, diſſimulante liberto. Cæterum vbi Cæſar rurſus nouum

ſus nouum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſus nouum opus inchoaret, libertus hoc factum illi leuiter obiecit, dato tali libello. Conferto tibi domine, ad noui operis impenſam quod videbitur. Non expreſſit ſummæ modum, vt illi liberum eſſet ſcribere quantum vellet, quandoquidem priorem ſummam duplicaſſet. *Sueton.*

*Turonius.* Auguſtus delectatus inter cœnam fuerat ſymphoniacis Turonii Flacci mangonis, eosque frumento donârat, quum alios auditos ſoleret largiter donare nummis. Eoſdem cum poſteà Cæſar inter cœnam requireret, Turonius ſic excuſauit: Ad molas, inquit, ſunt, exprobrans illi frumentarium munus: Et hoc impunè tulit, quod dixerat non miles, ſed mango. *Sueton.*

## ¶ Similitvdo.

*Chryſoſtomi.* Vt qui in peccatis eſt, dum alios accuſat, ſe prior ipſe accuſat: Sic & in miſeriis verſans, & exprobrans aliis calamitates, ſibi ipſe prior exprobrat. *Apud Maximum ſerm.*26.

## ¶ Exempla Biblica.

Exprobrationis malignæ exempla: Hebræus, *Exod.* ... nenna, 1.*Sam.*1.*v.*6. Principes Sacerdotum, *Matth.*27.*v.* 15.*v.*31. Populus, *Luc.*23.*v.*53. Pharisæi, *Ioan.* ... 34.

Exprobrationis beneficiorum exempla: Dominus ... *v.* 9. & 10. *v.* 11.12.13. Vir Dei, 1.*Sam.*2.*v.*27. Samuel ... *v.*7.8.9. & 15.*v.*17. Nathan, 2.*Sam.*2.*v.*7. Iehu Propheta ...

Exprobrationis vitiorum exempla: Iehu, 2.*Reg.* ... ta, *Eſai.*3.*v.*13. & 57.*v.*4. *Ezech.*16.*v.*14. Dominus ... *v.*3. *Abd.v.*11. *Mich.*6.*v.*4. Christvs, *Matth.* ... & 14.*v.*31. & 15.*v.*16. & 16.*v.*8. & 17.*v.*17. *Marc.* ... *Luc.*24.*v.*25. *Ioan.*3.*v.*10. & 4.*v.*48. & 5.*v.*40. & 6. ... 19. Petrus, *Actor.*3.*v.*13.14. & 4.*v.*10.11. & 5.*v.*30. ... *Matth.*14.*v.*4. Stephanus, *Actor.*7.*v.*51. Paulus & ... 46. Paulus, 2.*Corinth.*12.*v.*11. & 13.*v.*3. *Gal.*1.*v.*9. & ... *Hebr.*5.*v.*12.

*FINIS LIBRI QVINTI.*